an̄ additionē dr̄ie. dico igit q̄ additum
quidditati accepte ꝫm rōꝫ quidditatis
alterat spēm altero dictoꝝ modoꝝ. sed
qō addit nō quidditati vt quidditas est
nō mutat. gradus aūt indiuidualis qui
cūqꝫ sicut ꝛ dr̄ia indiuidualis ꝯhens ad
eē hoc siue vnitas vel pluralitas indiui
dualis ꝛ bꝫ quecūqꝫ cōditio indiuidual'
addita. nature specifice nō addit sibi q̄
tum ad rōꝫ quidditatiuā. ita q̄ ꝫm istaꝫ
rōꝫ determinat eā ꝛ pp hoc non mutat
spēm quidditatis cui additur. nihil eniꝫ
pōt neqꝫ aliquā spēꝫ preexistentē muta
re in aliā spēm neqꝫ de nō spē in aliquaꝫ
spēm nisi ipm additū sit rō spēi ꝛ tale n̄
est aliqua cōditio indiuidualis. Ad
formā tūc auctoritati dico q̄ si adderet
aliquid q̄ eēt pars quidditatiua quiddi
tati preexistēti mutaret spēm sicut si ad
datur aliq̄d qō est pars numeri nume'
ro preexistenti mutatur spēs numeri. si
aūt addatur aliquid qō nō est natū esse
pars numeri puta aliqō accn̄s puta si i'
telligeret vna vnitas ternarij intēsior fi
eri q̄ prius in se nō mutaret spēs. ita in
proposito. quecūqꝫ differētia indiuidu
alis vel gradus additus quidditati nō
est nata eē pars quidditatis. Per idem
pꝫ ad porphyriū qui simili modo loq̄t
de differentia inquantū est per se pars
diffinitionis. ꝛ hoc modo cōsistit in in'
diuisibili, hoc est accipiēdo illā indiffe'
rentiā ꝫm quā abstrahit ab indiuiduis
que indifferētia totalis est gradus eius
vt differētia specifica sic nō recipit ma'
gis ꝛ minus. qꝛ quecūqꝫ magis ꝛ min'
pn̄t competere indiuiduis hoc modo ꝛ
sunt oīa intra istam indr̄iam differētie
specifice ꝛ nō addunt differētie ꝫm hāc
indifferētiam. Ad illud de. io. meta.
potest respōderi per idem vocādo diffe
rentiā formalē dr̄iam quidditatiuam.
potest etiā dici ad formā q̄ nō ois diffe
rentia formarū est formalis loquendo
proprie de formali prout vꝫ differentia
formalis est dr̄ia ꝫm formas. sicut non
ois differentia hoium est differentia in
humanitate. cuius ratio assignatur rea
liter ꝛ logice. Realiter sic: possūt hoies
habere humanitatē ꝛ differre licet non
per humanitatē ꝛ ita in humanitate n̄
differunt. ita possunt pure forme dif'
ferre. ꝛ tamen nō per formalitatē diffe'
runt. ꝛ ita neqꝫ formaliter. qꝛ idem est
differre formaliter proprie loquēdo q̄
differre in forma vel per formā: logice
sic. qꝛ terminus differentie intelligēdus
per negatiōem inclusam in differentia
respectu illius negationis potest accipi
ꝯfuse ꝛ distributiue. ita etiā illud quod
denotatur esse ratio formalis differētie
quale est illud qō cōstruitur cū differr̄
vt in quo vel ꝫꝫ qō denotatur q̄ posset
cōfundi a negatione. nūc autē ad negati
onē inferioris sequitur negatio superio
ris. sed est destructio an̄cedentis. Ad
aliud de. 6. principijs dico q̄ sicut pro'
bat simplicitatē forme ita cōcedēda est
sibi. 9° probat autē simplicitatē opposi
tam quantitati molis. qꝛ ipsa addita n̄
facit maius ꝫm molē. forma enim posi
ta in subiecto nō est aliquid mai' q̄ p'
fuit. cōcedatur igitur simplicitas forme
opposita quantitati molis. sed h° nihil
cōtra intensionē que pertinet ad quāti'
tatē perfectionis ꝛ virtutis. Ad rati
onē aliaꝫ dico q̄ hoc q̄ dicitur aliquid
accidere nature speciei potest intelligi

duobus modis. vno modo sic ꝙ sit extra rõem quidditatiuã speciei quomõ dicitur differẽtia accidẽs generi. ꝛ sic accipitur accidẽs in fallacia accidentis ꝓ extraneo qḋ est extra rõem alterius. 2° modo dicitur accidens qḋ nõ facit per se vnũ cũ eo cui accidit. sicut albedo in corpore. primo modo dico ꝙ albedo intensa aliquid habet qḋ accidit nature speciei. ita etiã habet albedo remissa imo omne indiuiduũ aliquid habet qḋ accidit nature speciei alias nõ cõtraheretur natura speciei. 2° modo dico ꝙ albedo intẽsa nõ habꝫ aliquid qḋ accidit nature speciei. qꝛ iste gradus qui intelligitur addi ſm se nature facit vnũ per se cũ natura sicut quecũqꝫ differẽtia indiuidualis addita nature facit vnũ per se cũ natura. Quãdo igitur dicis si intensum includit aliquid qḋ accidit nature speciei. igitur remissum qḋ nõ includit istud nõ est in specie. ꝯsequẽtia nõ valet loquẽdo de accidere p°° sumpto. quo° ꝛ nõ alio añs est verum.

Irca distincti tionẽ. 19. quero primo vtruꝫ persone sint equales ſꝫ magnitudinẽ. Q ꝛ nõ: qꝛ in predicamẽtis dicitur ꝙ q̃titati propriũ est ſm eam ꝙ aliquid equale vel inequale dicatur. quãtitas nõ est in deo ſm aug. de tri. c. 5. deꝰ est magnus sine quãtitate ꝛ bonus sine qualitate. ergo ꝛc̃. Jtẽ nihil est ponẽdũ in deo qḋ dicit imperfectiõeꝫ. equalitas est huiusmodi. probatio. qꝛ repugnat pfectioni in creaturis qḋ patet per augu. 83. q. q. 41. Si omnia inquit essẽt equalia nõ essent oĩa. igitur perfectio vniuersi nõ posset stare cuꝫ equalitate. equalitas igitur nõ est in oĩbus melior suo opposito. igitur nõ erit perfectio simpliciṫ igitur non erit in deo tanꝙ essẽtiale vel cõe tribus. 3° sic perfecta equalitas ẽ mutua. hic nõ est mutua ſm aug. 6. de tri. c. vltimo vel. 27. imago si perfecta est equatur ei cuius est imago nõ illud sue imagini. Oppositũ in simbolo athanasij perᵉ coeterne sibi sunt ꝛ coequales Et magister in littera probat hoc specialiter per aug. de fide ad pe. c. 2.

Hic primo uidendũ est de equalitate proprie sumpta. 2° ḋ ipsa generaliter sumpta. Et 3° qualis est equalitas in ꝓposito. Et 4° ostẽdendũ est ꝙ hoc modo in diuinis personis sit vere ꝛ perfecte equalitas. De primo phus. 5. meta. c. de relatione distinguit tres relationes fundatas super vnuꝫ. s. idem simile ꝛ equale. ꝛ loquẽdo de istis stricte ꝛ proprie appropriantur diuersis generibus. vt idẽptitas substantie equalis q̃titati ꝛ similitudo qualitati. ꝛ ita forte possent alie relatiões proprie fundari super res alioꝝ generũ sicut ꝓportionalitas super relatiõem siue similitudinẽ duarum proportionũ. Et hoc videtur auic. dicere saltẽ de his tribus relationibus cõibus quas expresse ponit phs. dico tamẽ ꝙ fundamẽtum remo^m istarum relationũ est res illius generis. puta equalitatis fundamẽtum est res ḋ genere quãtitatis. siltudis est res ḋ gnẽ q̃litatis idẽptitatis ẽ res de gnẽ sbe. ꝓxi^m tñ funda^m vel ratio proxima fundandi est vnitas talis rei. quia super rẽ talis generis vt diuersa est fundantur relationes disperate ꝛ nõ cõmunes. De scḋo dico ꝙ qḋcũqꝫ ens estꝰ in se quid. ꝛ habet in se aliquẽ gradũ determinatũ in entibus ꝛ est forma vel habens formaꝫ. Et ſm hoc sicut potest tripliciter cõsiderari quodcũqꝫ ens ita etiã super ipsum pt fundari triplex relatio cõiter sumpta qꝛ idẽptitas super quodcũqꝫ ens inquãtũ estꝰ quid ꝛ equalitas vel inequalitas super quodcũqꝫ ens inquãtum habet magnitudinẽ aliquã perfectionis que diciṫ quãtitas virtutis de qua dicit augu. 6. de tri. c. 7. ꝙ in his que nõ magna mole sunt idem est meliꝰ esse qḋ maius ẽẽ

Similitudo aūt vel dissimilitudo po-
test fundari super quodcūqꝫ ens inquā-
tum est quale ⁊ qualitas quedā. de hoc
modo qualitatē loquitur philosophus
5. meta. c. de qualitate. ꝙ vnus modus
qualitatis est differentia sb̄stantie. i. dif
ferentia essentialis. ⁊ hoc modo indiui
dua eiusdem speciei sunt essentialiter si
milia inquantū habēt eādem differēti-
am specificam. que est vt qualitas essen
tialis ipsoꝝ. Et hoc modo cōiter ⁊ non
stricte accipiēdo istas relationes cōes di
cit phs. 10. meta. ꝙ omne ens omni enti
compatum est idem vel diuersuꝫ. ita ꝙ
omne ens omni enti compatū est equa-
le vel inequale. sicut igitur fundamentū
idēptitatis equalitatis ⁊ similitudinis
hoc modo cōiter sumptaꝝ est ens in cō
muni compatum ad quodcūqꝫ ens in
cōmuni. ita ⁊ ille relatiōes sunt transcē-
dentes. licet nō conuertibiles cum disiū
ctione diuidētes ens sicut diuiditur i ne
cessariū ⁊ possibile. De tertio dico ꝙ
sicut nullū genus nec aliquid alicuius
generis dicitur ð deo formaliter. ita nec
passio alicuius generl. ⁊ per ꝯñs nec ali
qua relationū cōium ſꝫ ꝙ stricte sumūt
vt. s. sunt passiones geneꝝ determinato
rū. sed qꝛ ens dicitur formaliter de deo
⁊ quecūqꝫ passio cōuertibilis cum ente
⁊ passionū nō cōuertibiliū sed disiūcta
rū semper extremū nobilius. Ideo hoc
modo illud extremū dicetur de deo qð
vel dicit nobilitatē vel nō repugnat no
bilitati. sed reliquū repugnat. De 4°
dimittēdo nunc de idēptitate ⁊ similitu
dine de quibus nūc nō est questio. dico
de equalitate ꝙ ipsa est perfecte in perso
nis diuinis. Et licet equalitas aliquorū
entiū causatorū posset sumi ſꝫ qñtita-
tē cōtinuam siue discretam. ⁊ scđm con
tinuam vel permanētē vel successiuam
ac per hoc posset queri vtrū in persōis
diuinis essꝫ equalitas ſm numerum. si
ibi essꝫ perfectus numerus. ⁊ an ibi essꝫ
perfecta equalitas scđm durationē vel
scđm eternitatē que correspondet quāti
tati successiue in creaturis primū tamē
nō pertinet ad distinctionē istam: sꝫ ad
distinctionē. 24. nec de hoc tāgit hic ali
quid magister. qꝛ nō ponit ibi numerū
positiue. sed forte in illa distinctione tā-
gētur. de scđo aliqualiter tangit magr.
⁊ adducit aug. de fide ad pe. ⁊ probatū
est di. 9. De tertio est questio. s. ð equa
litate ſm magnitudinē. ⁊ ꝙ ista sit perfe
cta in diuinis. probatur. tum ex funda-
mēto remoto. s. magnitudine. tuꝫ ex ra
tione proxima fundamēti. s. vnitate. pri
mū patꝫ ex hoc ꝙ magnitudo virtutis
nō est perfecta nisi sit infinita. qꝛ non re
pugnat sibi infinitas. ⁊ nihil est perfectū
cui nō repugnat infinitas nisi sit infini-
tū. ois autē alia magnitudo virtutis fi
nita est. sola ista est infinita sicut patuit
di. 2. De 2° probatur propositū. quia ī
oibus alijs equalibus est diminuta vni
tas magnitudinis ſꝫ quā equales dicūt
qꝛ illa magnitudo numeratur in ipsis
equalibus. hic autē est perfecta vnitas
magnitudinis. ⁊ tamē cū hoc distinctio
sufficiēs relatiuorū que requirit ad rela
tionē realē. Sed hic est vnū dubium
qꝛ cum magnitudo transeat in essētiam
nō videt ꝙ relatō fundata super magni
tudinē sit alia a relatiōe fundata super
essētiā vt est quid. ⁊ ita ñ videt differre
equalitas ab idēptitate. Aut si equali-
tas ⁊ similitudo possent attēdi in illis q̄
vidētur quasi passiones essētie nō attē-
ditur in eis nisi inquātuꝫ habēt magni-
tudinē virtutis. ista autē magnitudo nō
est aliud attributū a perfectione tali. qꝛ
dicit mo^m intrinsecū illius sicut sepe. s.
dictū est. ergo si similitudo sit ſm talē pro-
prietatē. equalitas ſꝫ magnitudinē illi⁹
proprietatis nō differret a similitudine
ſm istā proprietatē. ⁊ ita videt ꝙ equa-
litas ſm ꝙ equalitas nō sit hic ponēda
qꝛ neqꝫ vt distinctū ab idēptitate loqñ-
do de equalitate infinite essētie. neqꝫ vt
distinctum a similitudine loquendo de

equalitate que eſt in magnitudine perfectionū attributaliū. Eſt etiam aliud dubiū qꝛ videntur ponēde equalitates perſonaꝝ infinite ſi poſſent eē infinite perfectiones attributales. quelibꝫ enim habet magnitudinē ſuā tanq̄ moᵐ intriſecū ſui ſcđm ſuā rationē propriā. ergo quot ſunt perfectiones attributales tot magnitudiues erunt ⁊ equalitates. Ad iſta quere reſponſiones di. 31.

Ad argumenta principalia.

Ad primū dico ꝙ nō eſt ibi q̄titas molis ſed virtutis. Et ſi nomē q̄titatis appropriatur ad magnitudinē molis. magnitudo aūt nō appropriatur ad magnitudinē molis. tūc poteſt proprie cōcedi ꝙ eſt magnitudo ibi ſine quātitate. ⁊ ita magnitudo vere eſt fundamentum equalitatis tranſcēdentis. quia hoͦ omne ens eſt magnū vel paruū equale vel inequale. licet magnitudo iſta nō ſit fundamētū equalitatis prout eſt paſſio quātitatis que eſt genus. Sed contra iſtud arguitur. qꝛ nō videtur verum ꝙ aliquid poſſit dici de deo niſi illud qđ ē de itellectu illius dicatur de eo. ergo cū de intellectu magnitudinis ſit quātitas magnitudo nō poteſt cōcedi in deo ⁊ negari ibi quantitas. Itē querēti quātus eſt deus bn̄ reſpodetur ꝙ eſt imenſus. ſi autem non eſſet ibi quantitas queſtio nulla eſſꝫ. Itē paſſio cōis toti generi nō cōuenit alicui per dr̄iam ſpecificā. eq̄litas eſt paſſio cōis toti generi quātitatis ergo nō cōuenit alicui per aliquā differētiam ſpecificā de genere quātitatis. ⁊ ita nō poſſet poni in deo aliqua differētia de genere quātitatis negādo ibi genus quātitatis ⁊ ꝙ per talē differētiam ſit ibi equalitas. Ad primū rn̄ᵒ ꝙ magnitudo eſt equiuocū ſm ꝙ eſt ſpēs q̄titatis diſtincta cōtra multitudinē. 5. meta. ⁊ ſm ꝙ opponitur paruitati. ⁊ eius cōcretū qđ eſt magnū opponitur puo. Iſta diſ. ſatis habetur a pħo. 5. metħa. ⁊. 10. in ſimili de longo ⁊ breui. multo ⁊ pauco. multo ⁊ vno. pᵒ modo nō trāſfertur magnitudo ad deū nec differētia eius vt aliquid eius. ſicut pꝫ ex diſ. 8. qꝛ nunc trāſferret genus qđ includit in eo. Nec etiā ſcđo modo vt magnū proprie ſumitur ⁊ dicit paſſionē quātitatis. qꝛ etiā propria paſſio nō eſt ſine ſuo ꝓprio ſubiecto. Sed alio modo magnitudo ē paſſio entis diuiſa cōtra paruū. ⁊ ſic in omni ente eſt alterū extremū. hoc patet per pħm. 5. meta. c. de quāto. Sūt aūt ⁊ magnū ⁊ paruū ⁊ maius ⁊ minus ⁊ ſm ſe ⁊ ad inuicē dicta quāti paſſiones ſm ſe transſerunt etiā ⁊ ad alia hec nomina. q. d. proprie ſumpta dicūt paſſiones proprias quātitatis cōiter ſumpta dicūt paſſiōes cōes entis. Ad aliud q̄tus eſt deus. negāda eſt queſtio eſſe rationabilis ſi negetur in deo quantitas: ſi aūt cōcedatur queſtio erit ratiōabilis. ſed tūc cōcedēda eſt eē quātitas virtutis nō molis. 3ᵃ ratio nō cōcludit niſi ꝙ equalitas vt eſt paſſio generis q̄titatis nō cōuenit deo per aliquā differētiam generis q̄titatis; nec transſert ad diña. ⁊ cōcedo ꝙ nulla dr̄ia de gnē q̄titatis cōuenit deo nec aliq̄ paſſio illius generis cōuenit deo. ſed paſſio tranſcēdens. Ad 2ᵐ pricipale dico ꝙ perfectiōꝫ ſimplicit̄ .i. q̄ formaliter poſſet eē infinita nō dicī niſi aliq̄d qđ p̄t eē eſſētiale in diuis ⁊ ad ſe ⁊ tale aliq̄ modo preintelligit relationibꝰ originis cuiuſmodi ſūt ſapīa bonitas ⁊c̄. eq̄litas āt n̄ p̄intelligit relatiōibꝰ origis. nec pōt eē ad ſe. pr̄. n. nō eſt eq̄lis ſibi ſꝫ filio. ⁊ iđ eq̄litas hoͦ n̄ dicit perfectionē ſimplr̄. dicit tn̄ perfectionē q̄ eſt i oi nā ꝯpando ad aliq̄d eiuſđ nature. ⁊ ſic melior eſt ſuo oppoſito. qꝛ oppoᵐ eiꝰ ad neceſſitatē dicit iperfectionē. nō ei ē ineq̄litas in eadē nā niſi alteꝝ indiduū iperfecte hēat illā nām. ex quo igit relatio poteſt eē inter ſuppoſita in iſta natura imperfectiōis eēt iequalitas in eis qꝛ in altero poneret perfectionē diminutā

equalitas aũt non est ibi iperfectõis: imo magis ꝑexigit pfectõem simplr pre exigit nãm pfectã ꝛ pfecte in vtroq3 relato: ꝛ hoc ē qđ dicit aug. li°. de quantitate aie loquẽs ad discipulũ eq̃litatē inquit ineq̃litati iuri ꝑponis: nec quẽq3 extimo humano sensu ꝑditũ cui nõ illud videat. Hoc vtiq3 verũ est ꝯparãdo aliqua in eadẽ natura: ꝛ simpliciť quibus cõpossibil᷑ ē eq̃litas magis pñt eē perfecte q̃ȝ illa quib᷒ equalitas nõ est cõpossibilis: qꝛ illoꝝ aliqđ necessario est imperfectum. Tunc cuȝ ꝓbas de pfectõe creature. R° ꝙ aliq̃ sunt nccia ad pfectõem creaturaꝝ q̃ tñ nõ dicũt pfectõneȝ simpliciť: ꝛ hoc ē quia creature de se impfecte sũt ꝛ sine ill᷑ non pñt hr̃e pfectam pfectõem quãta ꝛ qualis ē eis possibilis ꝛ iõ illa aliq̃liter supplēt impfectõeȝ creaturarum: sicut dictum est supra di. 7. vbi negatũ est ꝙ differẽtia specifica alicu᷒ sit pfectio simpliciť. Ita dico ꝙ perfectio limitata nõ põt eē tanta i vna natura sicut põt eē in plurib᷒ naturis ordinatis: ꝛ iõ ibi ordo nẽ hoc ē pfectõis in eq̃lis nccius ē ad maximã pfectõem eis ꝯpossibileȝ. nõ aũt est simplicii necessarius ad pfectõeȝ maximã: qꝛ illa potest eē in nã pfectissima illimitata sine ordine pfectõis ineq̃lis. Etsi arguas ꝙ ordo ē pfectõnis: ꝛ ordo videť req̃rere inequalitatē. Rñõ dico ꝙ ordo originis stat cũ perfectõne. ordo aũt ineq̃litatis nõ stat cũ pfectõe. nõ igiť ois ordo ē pfectionis. sed aliq̃s stat cũ pfectõe in eadẽ natura: ꝛ aliq̃s non. Ad 3^m dico ꝙ aliqñ sup aliquã relacõem cõem fundanť relatões opposite disq̃perãtie: sicut si dicatur assimilans ꝛ assimilatũ. ista dicũt relatõem actiui ad passiuũ fundatã sup hãc relatõem cõem que ē silitudo. assimilãs eni est causans similitudineȝ sicut dealbans est causans albedineȝ: ꝛ assimilatũ est causatum ẜm similitudinem sicut dealbatum est causatum ẜm albedinem. est igitur hic relatio actiui ꝛ passiui in assimilante ꝛ assimilato sic videtur in dealbãte ꝛ de albato. sed in dealbante illud in q̃ fundatur relatio actiui ē absolutũ. in hoc aũt. s. in assimilãte illud in quo fundať relatio actiui ē relatio equipantie. Et tale nomẽ quod importat duas relatões tales vnam cõmunem: ꝛ aliã disquipantie. quãtuȝ ad illã cõem relatõem mutuitatem habet ad correlatiuum illius relatõis. nõ aũt mutuitatem habet ad correlatiuuȝ ẜm relatõem disquipantie. Ita etiam h coequari importat relatõem coeq̃ti ad coequans: ꝛ illa eq̃litas mutua est. fili᷒ eniȝ qui coeq̃tur patri est equalis patri ꝛ ecõuerso. sed alia relatio ꝑ modũ passiui. s. accipere equalitatem ab alio illa non est mutua sed ꝯpetit ꝑcise filio: ꝛ relatõ opposita disq̃perantie. s. coeq̃re conuenit patri. i. dare equalitatem filio. ē igiť imago equalis ꝛ ecõuerso: sed sola imago coequatur intelligendo duas relatões predictas.

Ecũdo quero

de circũincessione ꝑsonarum diuinaꝝ. Utrũ quelib3 ꝑsona diuina sit in alia: Et arguiť ꝙ non: qꝛ si quodlibet eēt in quolibet ẜm opi. anaxa. esset maxima ꝯfusio: ġ si persone diuine eēnt in se inuicem cõfuse essent. contra illud athanasij nec ꝯfundentes personaſ: nec ſbam sepantes. Et confirmatur rõ: qꝛ indiuisibile non distinguiť ab indiuisibili nisi sit extra illud qđ probatur per phm. 6. phycoꝝ: qꝛ duo indiuibilia sil᷑ posita non faciunt maius qꝛ essent vnũ indiuisibile: igiť cum ꝑsone diuine sint indiuisibiles si sunt simul non sũt distincte. Preterea. si cũ personã esse in ꝑsona esset distinctõ aliqua: ġ ꝛ ꝯposito. ꝓbatio ꝯsequẽtie: si aliquid esset in deitate quod non esset ipsa tunc deitas esset componibilis vel composita: quod patet per augu. de ciui. dei. 2°. ꝛ poniť di. 8. Ideo simplex est deus: quia est illud

qd̄ hꝫ excepto ꝙ persona dicitur relatiue ad aliā ꝛ nō est ipsa. ergo si persona habet aliquid in se qd̄ nō est ipsa. ipsa ē composita vel componibilis. qd̄ est fl̄m ꝛ prius improbatū. Itē in eodē in quo est filius est filiatio in patre est filius ꝑ positā circūcessionē. ergo in patre est filiatio. Et vlterius illud in quo est filiatio est filius. ergo pater estꝫ fili⁹. Preterea: si pater est in filio ꝛ filius est i p̄re ergo pater est in se. ꝯsequētia probatur per philosophū. 4. phi. Si aer in igne ꝛ ignis in celo. ergo aer est in celo. igit̄ a simili hic. Et ꝯfirmatur per illud phi in predicamētis quicquid sequitur ad predicatū sequit̄ ad subiectū. Et ꝑ istas maximas quicquid sequitur ad ꝯseq̄ns sequitur ad an̄s. ꝛ quicquid an̄cedit ad an̄s an̄cedit ad ꝯsequēs. ꝛ qd̄ est ꝑ⁹ prio re est prius posteriore. ꝛ quicq̄d est causa cause est causa causati. Itē si pater est in filio ergo deus est in deo ꝛ vlteri⁹ ergo deus distinguitur a deo. Itē qd̄ exit ab alio non est in eo. sed filius exit a patre: vt dicitur Jo. Exiui a patre. Contra Jo. 10. c. Ego in patre ꝛ pater i me est. Et magister adducit auctoritatē in littera amb⁹. aug. ꝛ hyllarij.

Istius questionis veritas est plana ꝛ certa ex auctoritate saluatoris in Jo. ꝛ alibi in multis locis ꝛ etiā sanctoꝝ exponētium. Sed vt aliqualiter possit intelligi tria sunt videnda. Primo de modo quo persona ē in persona. Scd̄o que sit ratio istius inexistentie. Tertio si iste modus essendi in. posset reduci ad modū aliquē essēdi in. repertū in creaturis loquendo de illis modis quos ponit philosoph⁹ 4. phi. vel vtrū posset declarari per aliquē modū qui possit in creaturis īueīri

De primo dicitur sic ꝙ duobus modis potest intelligi aliquid eē in alio. primo. i. scd̄m totum sicut vinū est in amphora vel ꝓm partē. ꝛ hoc dupliciter vel ita ꝙ pars sit in a° ꝛ nihil eius sit: vt pes auis in laqueo ꝛ nihil eius est. ꝛ per hoc auis tota dicit̄ esse in laqueo vel ꝙ pars eius sit in alio ꝛ sit aliquid eius. ꝛ per hoc illud cuius est pars dicitur eē in illo in quo pars illius dicitur esse. sicut si aliqd̄ monstruꝫ habens duo capita ꝛ duo corpora habꝫ tantū duos pedes tunc vnū diceretur esse in alio per pedē eius qui est alterius. Ad propositū dicitur ꝙ pater nō est i filio primo° qd̄ probatur dupliciter. primo qꝛ illud qd̄ est in alio ꝑmo quelibꝫ pars eius est in eo eque prio. sicut si terra primo est in centro quelibet pars terre est eque primo in centro quantū ē ex se. igitur si pater primo est in filio quelꝫ pars patris ꝑmo erit in filio. ꝛ ita paternitas est eque primo sicut deitas in fi° Et ex hoc vltra sicut deitate filius ē de° ita paternitate filius erit pater. qd̄ ē falsum. 2° quia illud in quo ꝑmo est aliquid videtur quasi ambire illud ꝛ penetrare ꝛ continere. idē autē respc̄u eius dē cōtinere ꝛ cōtineri. ambire ꝛ ambiri nō est intelligibile. ergo ꝛc̄. Oportꝫ igit̄ ꝙ sicut in creaturis dicitur aliquid ꝓm partē in alio ꝛ nō primo. ita vna persona dicatur eē in alia ꝓm aliquid sui nō est aūt ꝓm aliquid sui qd̄ nihil sit eius i quo est. qꝛ illud eēt relatio personalis ꝑsone existentis. ꝛ istud non est ratō qua persona ē in persona sicut patebit in 2° articulo. ergo illud est essentia que ita ē aliquid existentis qd̄ est aliquid eius in quo coexistit. Et ꝙ propter istā essentiā filij inexistentē patri filius sit in patre. probatur. qꝛ vbicūqꝫ est fundamentum relationis alicuius ibi est relatio fundata in eo. ergo vbicūqꝫ est essentia in qua fundatur filiatio ibi est filiatio. Distinguitur tamen de persona que est in alia ꝛ in qua est alia. qꝛ licet persona que est in alia ponatur in ea nō primo sed per aliquid sui. i. per essentiaꝫ. tam̄ persona

in qua est alia. est in qua primo est alia .i. se tota. quia se tota habet aliquo modo ratione ambientis ꝛ ptinentis deitatem que licet non sit pars per se inexistentis est tamen aliquid persone. Contra illud. prio eē in. non dicit aliquid ad se. scdm omnē opinio. igitur relationē persone ad personam. non relationē originis. quia illa non est eiusdē rationis in extremis. persone autē vniformiter sūt in se inuicem scdm istos. ergo dicit relationē cōem. sed relatio cōis scdm eandē rationē fundamenti est in supposito qd refertur ꝛ in supposito ad qd refertur. sicut similitudo requirit eandem ratiōꝫ albedinis in simili qd refertur ꝛ in simili ad qd refertur. igitur si illud aliud ad qd refertur persona inexistens sit tale p° ꝙ in ipso sit persona illa. sequitur ꝙ persona inexistens primo erit relata illa relatione ꝛ non per aliquid sui precise. 2° sic. quando aliquid dicitur esse in alio scdm partē. eodē modo est in isto scdm partē quomodo ista pars est in isto pri° Exemplū. si homo sit in terra per pedē sicut pes est in terra localiter ita homo est in terra localiter per partē. nō autēꝫ si pes est ibi quasi in loco homo erit ibi sicut forma in materia. ita etiā si albedo est in homine scdm partē qꝛ scdꝫ faciem eo modo essendi in genere quo est in facie primo puta vt accidens in sbiecto. eo inquā modo ē in homine p partē quia sicut in subiecto. ergo si filius est in patre per essentiā que formaliter est i patre sequitur ꝙ filius erit in patre quasi formaliter. licet scdm aliquid sui. qd non est esse in. scdm circumincessionem

Respondetur ꝙ maior est vera loquēdo de illo qd est ratio proxima alicuius essendi in. non autē de ratione remota essentia autē vt est formaliter in patre nō est ratio proxima filij essendi in pse sed remota. proxima autē est vt est sub proprietate persone inexistentis. Contra: hoc cōcedit propositū. quia illud dicitur cōuenire alicui primo. qd nō cōuenit ei scdm aliquā partē sui. sed scdm ꝙ est ex omnibus partibus suis intrinsecis igitur ita hic cū non sit in persona scdꝫ istos nisi relatio ꝛ essētia. quicquid conuenit persone nō precise ratiōe alterius istoꝝ sed ratione essētie cū relatiōe siml' vel ecōuerso hoc cōuenit sibi pmo. quia hoc dicit personā ſm se totā. Preterea proprietas persone vt est incōicabilis ñ cōuenit formaliter essētie sicut essētia ñ generat nec generatur nō distinguit nec refertur. nec etiaꝫ ecō° proprietas que est eētie vt cōicabilis cōuenit persone. qa iste est proprius modus essētie vt distinguitur a persona. qꝛ essētia est vna i tribuſ. persona autē nullo modo nec pmo nec ſm aliquid sui est vna in tribus. igi iste modus essēdi in. quo essentia est in patre vt quasi forma puta vt qua pr̄ ē deus nullo modo conuenit persone. qꝛ iste est proprius modus essentie ſm qd distinguitur a persona.

Quantuꝫ ergo ad istuꝫ articlm dico ꝙ predicatū cōuenit alicui toti pri° vt primo distinguitur cōtra illud qd ē ſm partē: vt dicitur. 5. phi. in principio qd nō cōuenit ei precise qꝛ parti illi° conuenit. ꝛ per oppositū nihil dicitur cōuenire alicui toti ſm partē nisi qd cōuenit parti ꝛ per partē dicitur de toto. sic pꝫ per phm. 5. phi. in eius exemplo. Sanatur homo qꝛ torax eiuſ formaliter sanari dicitur de torace ꝛ primo ꝛ per ꝯns per hoc de toto cuius totius torax ē ps tale predicatū primo inherens alicui toti aliquādo nulli parti ipsius totius iest aliquando aūt cuilꝫ parti inest. Exemplū primi. triangulus primo habet tres angulos ꝛc. ꝛ tamē nulla pars trianguli loquēdo de partibus integralibus habet hoc predicatū. s. habere tres. Silr homo primo est risibilis. ꝛ tamen nulli parti eius primo inest hec passio. ꝛ cōpositū generatur primo licet nulla parſ

eius generetur primo. loquendo de isto modo eius qd̄ est generari. ⁊ ita vniuersaliter in oībus s̄bis etherogeniis ⁊ passionibus eoꝝ. ⁊ ratio est ista q̄ natura talis subiecti adequata est tali predicato quā adequationē notat talis primitas. sicut patet ex diffinitione vniuersalis pꝰ poste. ⁊ natura illius totius adequati i nulla parte saluatur. ⁊ ideo eius passio nulli parti cōuenit. Exemplū s̄cd̄i est si ignis sit p̄io calidus quelꝫ pars ignis est primo calida. Ita etiā phs. 7. phi. arguit q̄ nullū corpus potest a se moueri primo. q̄ tunc quiesceret ad quietē partis. nō enim primo mouetur nisi motꝰ inesset cuilibet parti eius. si eni alicui p̄ti eius nō inesset motus tunc toti p̄mo nō inesset. ⁊ ita est vniuersaliter in s̄bis homogeniis ⁊ passionibus eoꝝ. q̄ natura ista cui primo. i. adequate cōuenit talis passio ipsa est eiusdē ratiōis in parte ⁊ in toto. igitur predicatū adequatuꝫ tali nature cōuenit cuilꝫ in quo est ipsa natura. ⁊ ita cōuenit parti. nō igitur ꝓpter rōem primitatis oportet predicatū qd̄ cōuenit toti nature cōuenire parti. immo nunq̄ propter hoc oportet q̄ cōueniat parti. sed precise quando natura totius est eadē in toto tali ⁊ in parte eius.

Ad propositū dico q̄ iste modus essendi in. nō est per illuꝫ modū quo natura est in supposito. vel forma in materia. sꝫ sicut subsistens est in subsistente. sꝫ hylla. 7. de tri. c. 6. vbi dicit sic. inesse nō vt aliud in alio vt corpus in corpore. sꝫ sic in eē ac subsistere vt i subsistēte vt sit ita inesse vt ipse subsistat. Subsistere auteꝫ. i. incōicabiliter per se esse cōuenit persone primo. nō enim de persona dicitur q̄ de essētia vel de relatione dicitur. sicut etiā agere in creaturis vel produci priꝰ cōuenit suppisito toti. i. nō sibi q̄ parti ergo ⁊ subsistere in. primo conuenit persone. licet enim natura primo insit patri vt natura in supposito. illa tamen n̄ est subsistentia vel inexistentia subsistentis in subsistente sed precise illa inexistētia qua totus filius inexistit presentialiter ⁊ intime in toto patre cui alludit illud Ambrosii in hymno. In patre totꝰ filius ⁊ totus in verbo pater. Et tunc ad argumenta dicte opi. cōtra istud mēbrum. Ad primū dico q̄ illa maior est dupliciter falsa. primo q̄ nō oportet illud predicatū qd̄ primo conuenit toti cōuenire alicui parti vt ex determiatis satis patet 2° q̄ si alicui parti cōuenit vl̄ toti ratione alicuius partis nō oportet alteri parti competere ratiōe cuiuscūq̄ partis. ⁊ maxime quando ille partes n̄ sunt eiusdem rationis in integrando totum. sicut homo est primo ratiōalis q̄ differentia specifica sicut ratiōale p̄mo dicitur de specie. primo etiā homo habet actū illū qui cōuenit animali rationali inquātum rationale. s. intelligeꝛ vl̄ ratiocinari. ⁊ tamen nō equaliter cōuenit istud predicatum vtriq̄ parti hominis. s. anime ⁊ corpori. forte eniꝫ formaliter potest dici d̄ anima ⁊ nullo modo de corpore. nō tamē dicitur de homine q̄ d̄ anima. quia tūc competeret homini s̄m partē. sicut esse longū cōpetit homini s̄m partē q̄ s̄m corpus. Et si etiā intelligere neutri parti ꝯpeteret ita q̄ n̄ posset dici de ea nō tam̄ equaliter se habet vtraq̄ pars ad inherentiā predicati totius. nō enim est ita corpus ratio inherentie huius predicati sicut anima ⁊ hꝰ q̄ ille p̄tes. s. corpꝰ ⁊ aīa nō s̄t p̄tes eiusd̄ rōis in integrādo totū. sed alia mā alia forª. mā. n. nō ē rō operādi sic forª ipsi toti pꝰ op̄anti. Ita igr̄ in ꝓposito p̄p̄ patrē pꝰ eē in filio nō oꝫ cōcedere diuinitatē esse in filio vel paternitatē illo modo essendi in. si tn̄ cōcederetur nō oꝫ adhuc cōcedere ex eq̄. quia nō sunt eiusdeꝫ ratiōis in persona que includit eas. Et vlteriꝰ cū arguit si eq̄ eēnt in p̄re ḡ si vnum formaliter ⁊ reliquū nō vꝫ. sed est falla equiuocatiōis. q̄ in añcedente accipiendo iª eē in p̄re accipitur eē in subsistente

vt pn̄tialiter: ⁊ in ꝯn̄te infert alius mo
dus eēndi in. qui non est ille modus for
malit licet p̄supponat illi mō eēndi in.
vn̄ ex mō eēndi in ꝑ pn̄tiā ꝯcludit mo-
dus eēndi in. ꝑ īformatōez. Ad 2^m di-
co ꝙ illud nō ē tm̄ ꝯtra mēbꝝ istud de
eē in p̄mo: sed etiaꝫ ꝯtra ꝯclusionē p̄nci
palē. Ita etiā videt eē impossibile i crea
turis ꝙ idē respectu eiusdē ꝯtineat ⁊ ꝯti
neat vel rōne ꝑtis ꝯtineat ⁊ rōe toti⁹ cō
tineat sic ꝙ idē p̄mo ꝯtineat ⁊ ꝯtineat.
Et iō rn̄deo ad argu^m ⁊ dico ꝙ iste mo
d⁹ eēndi in. nō dicit ꝯtinētiaꝫ: sed pn̄tiā
sb̄sistētis in sb̄sistente. ⁊ ita est vni⁹ rōis
in vtroqꝫ: quia sicut hoc sb̄sistens ē pn̄s
illi: sic illud isti.

Quantum ad secun

dum articulū dico ꝙ nec eēntia sola est
rō huius inexistētie nec relatio sola.

Primū ꝓbo qꝛ tunc pr̄ eēt in se qd̄ est
falsuꝫ eo mō quo intelligit saluator pa
treꝫ eē in filio: ⁊ filiū in pr̄e: qꝛ sic inesse
reqrit distinctōem realē. 2^m ꝓbo: tū qꝛ
relatōes originis nō sunt eiusdem rōis
in ꝑsonis relatis: ⁊ ita si ille eēnt forma
les rōnes eēndi ꝑsonarū in se inuicē nō
eēt ꝑsone in se inuicē vniformiter qd̄ est
ꝯtra p̄dicta. tum 2°: qꝛ si ꝑ impossibile
ipse deus ꝓducēt aliū deum nō eēt iste
de⁹ in illo: qꝛ sm̄ dama. c. 5. si eēnt duo
dij nō possent esse simul: ⁊ ita neut eēt
immēsus: ⁊ ita nec deus: tn̄ vere eēt re-
latio producentis ad ꝓductum. Tum
3° qꝛ si ꝑ impossibile due ꝑsone essent
sine origine sꝫ tn̄ haberēt eandem essen
tiam cum distinctōne reali eēnt in se in
uicem: qꝛ non posset eēntia vni⁹ ꝑsone
eē in alia nisi ipa que oīno eadeꝫ est illi
eēntie esset in ea licet alio modo eēndi i.
Tum 4°: qꝛ in creaturis sūt vere rela-
tōes originis ⁊ principiantis ⁊ p̄ncipia
ti: ⁊ tamē ibi ꝓpt diuersitatē nē in ipsis
relatiuis neutꝝ ē in alio. Et ex his seq
tur cuꝫ nō sit in ꝑsona nisi eēntia ⁊ rela
tio sm̄ cōem opi. ꝙ ambo erūt totalis
rō inexistētie: Et ad intelligendū quō
hoc sit pōt accipi exemplū in creaturis
de similitudine. nihil enim est sibi simi-
le sꝫ alteri. si͞litudo tn̄ fūdat sup vnitatē
in qualitate sm̄ phm̄. 5. metaphy. c. de
ad aliquid. nec igit sola diuersitas rela-
tiuorū nec sola vnitas fundamēti suffi
cit ad similitudinē: sed ambo requirun
tur ꝑ se sicut vna causa totalꝭ: ita h̄: nec
distictio ꝑsone inexn̄tis ⁊ in qua ē alia:
nec vnitas eēntie ꝑ quam sūt in se inui-
cem ē tota rō inexn̄tie sed ambo simul.
Sicut tn̄ in similitudie ē p̄ncipalior rō
vnitas fundamēti ꝙ̄ distinctio ibi fūda
mentorū ⁊ similit immediatior: ita hic
potest poni immediatior ⁊ principali-
or rō inexn̄tie istius vnitas eēntie ꝙ̄ di-
stinctio ꝑsonaꝝ.

Quantum ad terti-

um articulum dico ꝙ iste modus eēndi
in. nō ē aliq̄s istoꝝ modoꝝ formaliter
q̄s ponit phus 4° physicoꝝ. formaliter
dico qꝛ oēs illi modi sūt: ꝑ hoc ꝙ ꝯtētū
est aliq̄d ꝯtinentis quō non econuerso:
vel ꝑ hoc ꝙ cōtinens aliq̄d contēti quō
nō econuerso. neutra illarum rōnum ē
in ꝓposito: quia diuersitas est ibi maior
rō eēndi in. ꝙ̄ vnitas. ꝯtrarium est in ꝓ
posito: iō bn̄ dicit hylla. 3°. de tri. ⁊ po
nitur in lr̄a. nam intelligētia humana
rōnem hui⁹ dicti nō capit: nec exemplū
aliqd̄ rebus diuinis ꝯparatio humana
prestabit. Colligēdo tn̄ ea que sūt perfe
ctōnis in creatura tollendo ea que sunt
imperfectionis pn̄t poni aliqua exēpla
huiusmodi eēndi in. lꝫ haberi ꝑfecte nō
possint tn̄ impfecta exēpla impfecte re-
pn̄tandi illū moduꝫ eēndi in. pn̄t addu
ci. Primo quidem de illapsu eēntie
diuine respectu creaturaꝝ ad queꝫ illa-
psum concurrunt simul imēsitas natu-
re diuine: ⁊ eius manutenētia. circūscri
batur: g̊ ab illapsu rō manutenētie: ita
ꝙ reseruet ratio pn̄tie ꝓpt imensitatem
absqꝫ rōne ꝯseruatōnis sine rōne poten

tie actiue ptinētis ad manutenētiā. hoc circūscripto sicut de⁹ qꝛ imensus pñs ē omni creature ita tūc intelligeretꝰ pñs alicui absqꝫ hᵒ ꝙ illō manuteneat: ꝛ tūc si ponatꝰ vna natura in pñte: ꝛ i illo cui est pñs propꝭ quā naturā vnam oportet at ipm eē pñs. erit exemplum ad ꝓpositum de illo modo eēndi in. Aliud exēplum ē de aia nō informante corpus. ꝑsente tñ corpore sicut in instanti mortis aut de angelo nō formāte corpus ipi tñ pñte. aut de corpe glorioso pñte corpore nō glorioso. vel meli⁹ exemplū si posset corpus gloriosum inexistere alij corpori non glorioso eque sbtili. In his oibus eē in. est sbsistentis ꝛ pñtis nō per informatōnem: nec p modum partis. Et si in istis addatur vnitas nature q̄ de necessitate nature exigat talē pñtiam est pfecti⁹ simile. Aliud etiam est exemplū de potētijs aie que si ponantꝰ differre ex parte rei: ꝛ cum hoc tñ eē idē eēntie aie de ncēitate vna erit in alia: qꝛ in alia est eēntia aie cui illa potētia est eadē: igitꝰ distincta aliquo mō realiꝭ erūt indistincta. Sed si duo corpora intelligantꝰ eē in eodem loco in se inuicē si vtrunqꝫ istorūꝫ esset per se sbsistens. distinctū erit in sbsistente presentialiꝭ: ꝛ erit exemplūꝫ eēndi in. pre omnibus istis exemplis. Et ad declaratōnem duorum articulorūꝫ precedentium potest addi ꝙ in isto modo essendi in. vtrunqꝫ extremū ꝑm eandem ratōnem est in alio: quia hic notatur presentia mutua non continētia ex tremi ab extremo: quia si intelligatur corpus esse in loco hoc est sicut contentum in continente. non eni est hoc mō. Sed si intelligāt duo corpora esse i eodem loco in se inuicem hoc est ꝑm eādē rōneꝫ qꝛ sunt simul: ꝛ simultas dicit relationem communem vnius rationis i extremis: ꝛ si per impossibile circunscribacur locus ꝛ ponatur simul pñtia corporum erit relatio vnius rationis in extremis ꝛ vtrunqꝫ in altero sine continētia vel vnius ab altero: vel amborum a tertio.

Ad argumēta principalia.

Ad ꝑmum dico ꝙ confusio esset si quodlibet eēt in filio ꝑꝫ opi. anax. qꝛ sic quodlibet eēt in alio sicut pars ei⁹ sicut videtꝰ phus ponere sibi: sed persona nō est in ꝑsona sicut ps ei⁹: ꝛ iō nō sequitꝰ ꝯfusio. Cum confirmatur ratio per illud. 6. physicorūꝫ de indiuisibilibus. Rᵒ ꝙ aut illud est falsum ꝙ indiuisibilia quātitatis nō sunt distincta nisi differant situ: de quo alias. aut si ē verum nihil est ad propositum: qꝛ rō ista que esset ibi non esset in personis diuinis quibus nō conuenit situs. Ad 2ᵐ dico ꝙ deitas est cōis omni sbsistenti in natura diuina ꝛ est aliquid sbsistentis in natura diuina: ꝛ ideo non posset realiter distigui ab aliquo nisi esset aliquo modo componibile cum isto: quia non est intelligibile ꝙ in aliquo subsistente sint plura nisi vnūꝫ sit componibile cū altero. persona autem non est aliquid cuiuscunqꝫ sbsistentis in natura ista. ꝛ ideo licꝫ ꝑsona sit in persona: non tamē oportet ꝙ sit ipsa vel componibilis ipi sicut oporteret dicere de deitate. Ad 3ᵐ dico ꝙ qñ abstractum dicitur esse in aliquo aut de vtute sermonis denotatur eē in. sicut forma in informato: sicut cuꝫ dicitur color est in lapide non significatur esse in sicut pars in toto: sed sicut forma in iformato: ꝛ tūc ista ꝓpositio est neganda filiatio est in patre: ꝛ tunc prima consequentia non valet. Aut hᵒ nō habetꝰ de virtute sermonis sꝫ ex vsu sicut dicimus colorem esse in luce non sicut in sbiecto: ꝛ tūc ꝯcedi potest ista filiatio est in patre accipiendo esse in pro inexñtia intima: sicut iam dictum est: nec sequitur vltra igitꝰ paᵗ est filius: sed est fallacia equiuocatōnis inferendo ex añcedēte q̄si in. accipetꝰ ibi p modū forme. Ad 4ᵐ dico ꝙ iste mod⁹ arguēdi

tenet vbi vera est talis propositio per quā tenet talis modus arguendi. tenet aūt gnāliter p talē ppositōem: qcqd h3 aliquā habitudinē ad aliqd h3 silē3 habitudinē ad illud ad quod illud aliud h3 habitudinē talē: ista ppositio frequēter vera est i relatiuis suppositōis et suppositōis: non tñ est vlr vera. S3 de isto non dico mō qr argumētū hº pcedit de esse in: qđ vt sumit in pposito notat relatōem cōem. Quantū igit ad rōnes cōes: dico q ista ppositio est vlr falsa: puta qcquid ē simile sorti ē simile oi simili sorti. hoc eni includit q aliqd sit simile sibiipi: qr illud cadit sb ista distributōe oi simili: s3 ad hº q sit vera optet addē specificatōem istā oi alij a se. et tūc vtute talis ppositōis specificātis tenet talis modus arguēdi pcedēdo nō puertendo puta non seqtur: sortes ē similis platoni: plato ē silis sorti: igit sortes ē similis sorti: qr ppositio ista ē falsa: qcqd ē simile sorti ē simile oi simili sorti nisi addatur oi simili sorti alij a se: et tūc nō includit sor. sb ista distributōne nec pt argui puertēdo ad sortē. s3 tm pcedēdo S3 adhuc talis additio non sufficit ad veritatē talis ppositōis nec ad efficaciā talis argumētatōnis. Sed oportet addere q medium ad quod comparātur extrema sit limitatum fm talem rōem qr non sequitur qcquid ē simul cū a est simul cum omni eo cum quo a. est siml omni inquam alio a se si ipm a sit illimitatum: quia tunc existens parisiꝰ eēt simul cum exñte ratōe qr sunt simul cū deitate immensa et illimitata ad illos: nec etiam omnia ista sufficiunt nisi addatur q medium non varietur vt comparatur ad extrema. Ad ppositu3 ergo dico q argumentu3 non valet qr arguitur conuertendo non pcedendo: et propositō pfirmās talem modum arguendi falsa est. argumētū tñ phy. 4. phys. tenet qr arguit tantu3 procedendo et accipiēdo medium limitatum et nō variatū: sed argumētum ē in relatiuis suppositōnis et superpositōis. vñ nō multū est ad ppositum de eē in. in pposito vt dicit relatōnem pmunem. Ut tñ de relatiuis disqperantie breuis dicatur. dico q talis modus arguendi gnāliter nō tenet nisi per rōnem prioris et posterioris: quod fere ē commune omnibus talibus relatiuis. quicqd enim est pus priore ē pus posteriore. Et vt generaliꝰ dicatur qcquid h3 ordinem ad aliqd hēt similē ordinem ad quodlibet aliud ad qđ illud habet ordinem talem. ista propositio ē vera in ordine eēntiali non intelligendo conditōnem spēalem ordinis puta mediatōnem vel immediatōnem ppinquitatem vel remotōnem. Quia igitur esse in. ipsiꝰ aeris in igne dicit ordinem eēntialem et similem modum dicit eē in. ignis in celo. tenet illa pñtia pcedendo: et hoc quia pceditur fm ratōnem generalem ordinis non specificando ordinem mediatum vel immediatū ppinquū vel remotū. vñ non sequitur a. est pater b. b. est paī c. g a. est pater c. vt paī denotat imediatū ordinē ad c. vt ad filiū: s3 bñ seqtur vt notat pncipiantē in cōi put paī extēdit ad auū vel pro auū rc. Ad aliud pcedo q deꝰ ē in deo et hº pcedit hylla. 7. de tri. Sed cū infertur g deꝰ distinguit a deo. nego pñtiam ppī fallaciā pñtis. h eni ppositio in. nō notat vtutem pfūdendi suū casuale nec hoc hēt: et iō pōt casuale eius stare pro supposito aliquo detmiato indetminate. Distingui aūt distribuit terminū huius relatōis pfuse et distributiue pter negatōnem inclusam: et ideo casuale huius ppositōnis non infert terminū huiꝰ relatōis. sicut non sequitur deꝰ generat deum: g deus distinguitur a deo pter similē ratōem. Ad vltimū dico q exitus filij a pře ē pcessus pducti a pducēte. nūc aūt talꝰ exitꝰ nihil phibet qui exiens maneat i eo a q exit: qr recipit eādē nām cū eo a q pcedit.

Circa distinctionē 20. quero vtrū tres psone sint eq̄les in potētia. Arguo q̄ non: q2 tūc sicut pr̄ pōt gnāre ita filiꝰ possꝫ gnāre. ꝓbatio huiꝰ ꝯñtie: tū q2 august. ꝯtra maxiᵐ li. 3°. si pr̄ nō pt gnāre sibi filiū eq̄lem ē impotēs ꝙ ecōuerso: si nō est ipotēs sꝫ oipotēs pōt gnāre filiuꝫ ꝛ p ꝯñs posse gnāre ptinet ad oipotētiā ꝛ ita si filiꝰ nō pōt gnāre nō ē eq̄ potens vel eq̄lis potētie cū pr̄e. tū q2 filiꝰ nō erit oisciēs si nō sciret gnātōem pr̄is. nec igitur oipotēs si nō posset i istā gnātōnem

Preterea ricar. ꝓmo de tri. c. vltio. ꝓbat q̄ non pñt eē pl̄es oipotentes: quia tūc vnus posset facē aliū nullipotētem ꝙ a sili videt argui in ꝓposito si ponant plures psone diuie eq̄ potētes: ꝛ sic ista ꝯñtia ricar. fuit declarata di. 2. p duas vias ꝯsimilibꝰ vījs etiāꝫ declo in ꝓposito de duabus psonis. ꝓmo q2 vna psona possꝫ suo velle ꝓducē oīa possibilia ꝛ eis ꝓductis in esse psona alia nō possꝫ ea ꝓducē. eadē eni nō pñt bis tōlli ꝓduci. Et ꝯfirmat ista ꝓbatio q2 pr̄ ꝓus ordine originis hꝫ velle creaturarum q̄ filius ꝛ filꝰ ſm hylla. ē potēs p se licet nō a se. igit ꝓus origine q̄ filꝰ ꝓducat itelligit pr̄ ꝓducē: ꝛ ita in isto signo in q̄ filꝰ intelligit debē ꝓducē nulla sūt ibi possibilia. 2° q2 oipotēs pōt suo velle ipedire oīa possibilia alterꝰ oipotentis si eēt q2 non ē ncc̄e volūtates eoꝝ ꝯcordare i alījs a se: quia ista oīa ꝯtingent volunt ita. h non videt ncc̄ium eē q̄ voluntas vnius psone concordet in actu volēdi alterius psone: q̄ si dicas eandem eē volūtatē eoꝝ ꝛ iō ꝯcordare in alījs volendo eandē. Cōtra. forma q̄ est ꝑncipiū agendi si est in pl̄ibꝰ eodē mō ē ꝑncipiū agēdi vnicuiq3 eoꝝ sicē si eēt in vno tm̄ sicut si albedo esset in duabꝰ supficiebꝰ esset eis principium disgregādi eodem modo sicut si eēt in vno tm̄. sed si volūtas esset in solo filio esset principiuꝫ volendi cōtingent lapidem eē: ita q̄ illa voluntate posset filius velle eque lapideꝫ esse vl̄ non esse: igitur posito q̄ sit in patre erit principiuꝫ in filio contingenter volendi vel non volendi lapidem: ꝛ ita quicquid ponatur in patre filius potest eque velle lapidem esse vel non esse: et ita si pater vellet lapidem esse ꝛ filius non. vnus omnipotens faciet aliuꝫ nullipotentem impediendo omnia possibilia volita ab eo. Item prima cā plus causat q̄ secunda propositione de causis. ꝛ 2°. metaphysice. ꝛ primo posteriorum: sed pater dat filio virtutem creandi ꝛ non ecōuerso: ergo pater plus pōt

Contra magister dist. 19. istius in littera. Et adducit august. de fide ad pe. c. 2°. Item august. contra maxiᵐ. 3°. ca. probat istam conclusionem tripliciter primo auctoritate saluatoris in euangel. Joh. Omnia que habet pater mea sunt. 2° per ratōnem: quia si non potuit dare potentiam equalem fuit impotens. si noluit fuit inuidus. tertio per simile q2 pater corporalis generaret sibi filiū eq̄lem si posset vel maiorē ꝙ multo magis in ꝓposito.

Respōdeo omittēdo potentiam logicam que dicit modū ꝯpositōis ab intellectu facte. ꝛ potentiā metaphysice dictaꝫ qualis est in geometricis ſm q̄ ipsi geometre imaginantur punctum esse in potentia ad lineaꝫ ꝛ lineam ad supficiem. hic potentia sumit ꝓprie. vno mō sicut dictū est di. 7. prout est dr̄ia entis opposita actui. Alioꝰ ſm q̄ significat idē qđ ꝑncipiū sicut loquitur de ea phs. 5°. metaphy. c. 9°. Et potentia isto 2° modo sumpta diuiditur in potentiam actiuam ꝛ passiuam: ꝛ vtrolibet modo sumatur potest intelligi: aut pro ipsa relatōne principij quā significat aut pro fundamēto proximo istius relationis. Ad propositū planum est q̄ in deo oportet ponē potētiā

actiuā cū sit pricipiū efficiēs ex distictōe 2ª ꝛ de ista loquit magr̄ di. ista. Et hꝰ equalitas potest intelligi dupl'r. aut ꝫm extensiōꝫ obiectoꝝ possibiliū ad que se extēdit poª. aut ꝫm intēsionē illius potētie in se. Exemplū: poª calefactiua dicitur equalis extēsiue si ad equalia calefactibilia se extēdat. sic ois charitas ē eq̄lis qꝛ extēdit se ad oia diligibilia ex charitate ꝫm intētionē si eque perfecta sit potētia ꝛ in eque perfectis actū possit licet nō tot possibilia sibi sbessent sicut sbessent alij potētie. vt pꝫ posito isto casu q̄ ponitur di. 7. ꝙ calor productione sibi adequata produceret aliquē calorem ꝛ iste due equalitates frequēter cōcomitantur se. potest tamē intelligi vtralibet siñ altera. Loquēdo aūt de equalitate extēsionis nō est difficultas nisi de actibus notiōalibus ꝛ de terminis istarum actionū. quia illi duo termini nō sunt producibiles ab oibus personis. sed filius a solo patre. spūs sāctus autē a patre ꝛ fiº

Unde quo ad hoc dr̄ sic ꝙ potētia generādi pertinet ad oipotētiaꝫ in patre ñ in filio. Qđ declaratur dupliciter. pmo qꝛ oipotētia est ad oē qđ nō includit cōtradictiōem. sed patrem generare nō includit cōtradictionē. filiū autē generare includit cōtradictionē. g̊ ꝛc. Preterea 2º aliter est đ actiōibus transeūtibus ad extra. ꝛ aliter de actiōibus imanētibus intra. possibilitas actiōis transeūtis iudicatur ex ratōe actionis in se in termino eius. possibilitas autē actiōis imanētis nō iudicatur ex his precise. sed cū hº in ꝯpatione ad agens in quo manet tal' actio. cū igitur generatio sit actio imanēs possibilitas eius iudicāda est. nō tm̄ ex seipsa in se ꝛ cū hoc ex termino eius. sed qꝛ cōpossibilis illi supposito agenti in quo debet manere. est autē cōpossibilis generatio patri ꝛ nō filio. igitur ideꝫ qđ prius. 3ª declaratio additur quia dicitur qđ potest i oē illud ad qđ habet formaꝫ. sicut ignis nō dicitur impotēs: quia nō potest frigefacere. quia non habet potētiam ad frigefaciēduꝫ. pater autem habet formā cōueniētem generationi ꝛ filius nō. igitur pater nō est omīpotens si nō potest generare. nō autē filius est impotēs si non potest generare. ꝛ ita posse generare pertinet ad oipotētiam patris ꝛ nō ad oipotētiam filij. Contra istud. nō ꝯpando generare ad aliqđ suppositum quero aut illud vt est geniti tanꝙ termini est aliquid ad qđ nata est eē aliqua poª actiua aut ñ. si sic ergo in quocūqꝫ nō est poª ad illud nō est in eo oipotētia. hoc est nō potētia ad om̄e illud ad quod nata est esse potētia. si non ergo in nullo est potētia ad illud. ꝛ ita nō pertinet ad om̄ipotētiam patris.

Confirmatōes etiam nō valent. prima nō quia oipotēs potest in omne illđ qđ est terminus potētie simpliciter. ꝛ hoc producēdo illud in eo in quo natuꝫ est produci si natum est produci in aliquo vel producēdo ipsum in se subsistens si nō est natum produci in aliquo. nō aūt oportet ꝙ possꝫ producere om̄e tale formaliter in se. sicut potest producere cursum aialis in animali vt in homine vel asino in quo natus est esse cursus. sꝫ hº nō potest producere in se. nec potest formaliter currere. quia tūc per illud verbum neutrum significaretur ꝙ talis forma esset in ipso formaliter. licꝫ igitur filius nō possit formaliter generare vt generatio sit in ipso nec possit pricipiare generatiōem in seipso tñ si istud sit īminus oipotētie oꝫ dicē ꝙ filiꝰ possit pricipiare generatiōꝫ in eo in q̊ nata est eē. sicut nō esset oipotēs si nō posset causare intellectionē in intellectu potētie recipe eā. generare aūt nō potest aliquo mō esse a filio nec vt in filio nec in alio. igitur si generare est terminꝰ oipotētie simpl'r filius nō erit oipotēs. 2ª nō vꝫ qꝛ qđ habet formā limitatam ad agenduꝫ nō est omnipotens ad agendum lꝫ ei ignis sit potens ignire ꝛ calefacē si non possit

frigefacere non eēt simpliciter omnipo
tens: quia forma eius limitata ad vnū
actum concludit ipsum non esse simpli
citer potentem: ergo filium non habe-
re formam conuenientem omni actōni
quam actionem nata sit potentia sim-
pliciter respicere. concluderet filiū non
esse simpliciter omnipotētem. Item
ista via non saluat quomodo pater ꝛ fi
lius sint eque potentes: quia paṫ potest
in actum generatōis quin per te est ter-
minus potētie simpliciṫ: in quem actuꝫ
non potest filius: ꝛ ita non erūt eq̄ potē
tes quātū ad extensionem.

Quantuꝫ ergo ad
istū articulū dico aliṫ: ꝙ potētie actiue
ṗmum correlatiuum est possibile: non
cōiter sumptum vt opponitur ipossibi
li: quia hoc modo possibile est deum eē
ꝛ tn̄ illud possibile non est terminus ali
cuius potētie actiue: g̊ oꝫ ꝙ possibile vt
est potētie actiue correlatiuū sumaṫ de
terminatius. h° autē non videṫ nisi ſm
ꝙ Auic. accipit possibile. 6. metaphy. ꝛ
alibi frequenter ꝑut opponitur ei qḋ ē
nccīum ex se: ꝛ tunc cum quodlibet in-
trinsecum deo sit in se formaliṫ necessa
rium vel p idēptitatem cū essentia que
est formaliter ex se necessaria nihil itrin
secum deo erit terminus potētie ꝓprie
dicte: ꝛ si hoc ē cū ad omnia alia ab eēn
tia diuina eandem rōnem ṗncipij habe
ant tres ꝑsone quia prius intelligiṫ prin
cipium illud ꝑducendi creaturas cōica
tum tribus q̄ꝫ possit hr̄e actuꝫ ꝑducēdi
ista alia sequitur ꝙ eq̄lis erit potētia tri
um ꝑsonaꝝ quātū ad numeꝝ possibi-
liū. Assūptū āt declaraṫ in. q. illa de or
dine ꝑductōnū extrīsecaꝝ ad intrīsecas
2°. li. q. j. Et breuiṫ pꝫ ex hoc ꝙ si sit ṗn-
cipium necessariū respectu vnius ꝑdu-
ctōis ꝛ ꝯtingēs respectu alteri⁹ ꝑductōis
ṗus est ṗnm ꝑducēdi nccīum q̄ꝫ ꝯtingēs
q̄cq̄d aūt sit ṗnm ꝑducēdi ꝑsonas nccīo
se hꝫ ad ꝑductōeꝫ illaꝝ. ꝯtigenṫ āt se hꝫ

ṗnm ꝑducēdi creaturas ad ip̄as creatu-
ras. ṗus igiṫ cōicaṫ trib⁹ ꝑsonis q̄ꝫ possit
hr̄e actū r̄spectu possibiliū extra. Ex h°
appet ꝙ potētia ē eq̄lis i ꝑsonis diuinis
nō tm̄ quātū ad extēsionē: sꝫ etiā quātū
ad intēsionē. siue eni potētia accipiaṫ ꝓ
absoluto qḋ est fūdamētū relatōis ṗnci
pij pꝫ ꝙ illud ſm eādē magnitudinē ē i
trib⁹ nō tm̄ ſm eandē magnitudinē ſm
q̄d sꝫ simplr̄ sicut dictū ē in. q. p̄cedēte
de q̄litate magnitudinū. siue accipiaṫ ꝓ
relatōe fūdata sup illud absolutū eadē
relatō ē triū ꝛ si quā hꝫ magnitudinē ea
dem ē magnitudo illi⁹ relatōis i trib⁹: ꝛ
ita oī modo ē eq̄litas potētie ꝛ ſm extē
sionē ꝛ ſm intensionē. Quod aūt di-
ctū est de ṗmo correlatiuo potētie acti-
ue ꝙ sit possibile itelligēdū est de possi
bili obiectiue. s. ꝙ ē termin⁹ potētie non
de possibili ſbiue: q2 illud nō est correla
tiuū ꝯuertibile respectu potētie actiue.
Nō eni oīs potētia actiua hēt aliqḋ sic
possibile sibi corrn̄dens sꝫ soluꝫ illa po
tētia actiua q̄ est trāsmutatiua. Eq̄tur
igiṫ possibile obiectiue vt correlatm̄ po
tētie actiue. nō aūt possibile ſbiue: ꝛ ta
le est illud possibile de quo adduct⁹ est
Auic. qḋ opponitur ex se necessario for
maliṫ. Q2 āt istud differat a nccīo ex se
formaliṫ siue a ꝑducēte possit ꝯfirmari
p phm. 5. metaphy. vbi vult ꝙ ṗncipiū
ꝛ causa ꝯuertūtur realiṫ. oē āt causatū
est aliud a cā: g̊ ꝛ possibile hoc ē ṗncipa
tū est aliud ſm eū a ṗn°. Cōfirmaṫ eti
am p rōnem potētie actiue positā in. 5.
metaphy. ꝙ ip̄a ē ṗncipiū trāsmutandi
aliud inquātū aliud: g̊ multomagis est
ṗnm ꝑducēdi aliud: quia non pōt causa
tū ita esse idem cause sicut actiuuꝫ pōt
Circa distinctionē. 37. q̄ro vtꝝ deū eē pn̄tē vbiqȝ ſm pōȝ inferat ipm eē vbiqȝ ſm eēntiā. hoc est vtꝝ oipotētia iferat imensitatē. Q sic. oē agēs est pn̄s passo ſm phm̄. 7. phy. ⁊ h° imediate si imediate possȝ agē i illud. vl' mediate si agat in illud mediate. oipotens aūt pōt agē i qd̄libet imediate. ergo est p̄sēs cuilibet imediate. Oppᵐ patet. pt enim causare aliquid extra vniuersū. ⁊ tñ ibi nō est ſm essentiā. g̃ ⁊c̄.

Respondeo. agēs creatuȝ potest agere vbi nō est. tñ cōiter oȝ q̄ sit imediatum cuilibȝ sui p̄rio passo in qd̄ agat. lȝ qn̄ȝ nō agat in illd̄ passū actōe eiusdē rōnis actōni q̄ agit in remotū. vt piscis motifi cās manū piscatoris n̄ motificat rethe. Qn̄qȝ aūt in p̄mū passū nō agit eadē pō actia qua agit in remotū lȝ agat alia pō actiua. sic corp⁹ celeste generās minerā in viscerib⁹ terre vel aliqd̄ mixtū aiatū vel inaiatū: hic iferi⁹ agit sua forma ſbali. qꝛ nō ſba nō pt generare ſbaȝ. nec accn̄s aliqd̄ in medio pt eē rō generādi ſbaȝ. est igit̄ forma corpis celestis pō actiua i remotū absqȝ h° q̄ corp⁹ illd̄ agat in p̄mū ſm eandē pōȝ actiuā ſm quā agit in remotū. lȝ agat in p̄pinquū ſm aliā pōȝ actiuā. lȝ hoc accidit vl' pp coniunctionē istaꝝ pōꝝ duaꝝ actiuaꝝ i eodē quaꝝ vtraqȝ ē actia ⁊ vna hȝ p̄mū p passo p̄portōnato: ⁊ alia pō actia hȝ reliquū passū remotū p̄portionatū: vl' accidit pp impfectōȝ ip̄i⁹ agētis in q̄ ē defect⁹ v̄tutis actie pp quē defectū p̄uſ agit ſm formā impfectiorē q̄ ſm pfectiorē. sicut generās corruptibile prius alterat q̄ generat pp illi⁹ agētis impfectionē a q̄ p̄us origine est impfectius. Si igit̄ p̄mo tollam⁹ talē duaꝝ pōꝝ ꝯcursū ab agēte creato. ⁊ 2° tollam⁹ ab eo istā impfectionē q̄ nō oporteat eū p̄us p̄ducere impfectius. nō videt̄ aliq rō q̄re nō erit pn̄s remoto ſm pōȝ ſm q̄ est mō p̄sens sibi in rōne po° actiue. ⁊ tñ nō aget in p̄pinquū nec illa pō sic nec mō nec alia. ⁊ hoc maxīe si illa pō ſm quā agit i remotū sit simpl'r pō actiua pfecta. q̄to enim pfectior forma ē in creatur] tāto vi ratō agēdi inremotius. Ex his ad p̄poᵐ. vr̄ q̄ cū oipotētia q̄ est simpl'r pfecta pō actiua nō req̄rat actōēȝ in vnū passū p⁹ us q̄ in aliud: nec pp diuersas pōs ꝯcurrētes in agēte: nec pp p̄oreȝ generationē impfectōris. q̄ talis oipotētia sit rō agē' di in qd̄cūqȝ ⁊ p̄ducēdi qd̄cūqȝ possibile licet p ipossibile ipm cui⁹ est oipoten' tia nō eēt vbiqȝ. ⁊ ſm hoc videt̄ tenēda negatiua ps q̄ōnis. Confirmat̄. si enim oipotētia est volūtas ad cui⁹ velle sequitur rem eē. cū volūtas possit eque velle distans sic̄ p̄pinquū. vr̄ q̄ si oipotēs eēt p ipossibile in aliq loco determiato ⁊ n̄ vbiqȝ posset velle aliqd esse in alio loco cui nō repugnaret eē. ⁊ per ꝯn̄s suo vel' le illud habēt esse in illo loco. ⁊ per ꝯn̄s illud fieret ab oipotente absqȝ hoc q̄ oipotens eēt ibi ſm eēntiaȝ. Confirmat̄ etiā. qꝛ ante mūdi creationē nō est ima' ginandū vacuū infinitū q̄si ibi fuerit p⁹ us pn̄s deus ſm eēntiam anteq̄ p̄ducēt mundū: imo nō vt alicubi p̄sens de⁹ ſȝ eēntiam fuit potēs facē mundū. sic igit̄ ibi pō imensitatis nō p̄exigebat p̄sentie po°sue ut pō est. imo pō p̄us habuit terminū suū q̄ eēt pn̄tia ſm eēntiā. ita vr̄ mō q̄ nō oporteat p̄intelligē deū in ali' qua pte vniuersi ut ibi aliqd causet. sed magis ecōuerso p̄us sit ibi ſm potentiā vbi prius aliquid causet. ⁊ tūc licet per impossibile non esset ibi prius ſm eēn' tiam posset tamen ibi causare.

Piscis motificās manū piscatoris

Ad argũmentũ3 in
oppositũ dici pōt ꝙ illud dictũ phi veꝝ
est de agētibus nālibus q̄ agũt per qua'
litates nāles vel formas nāles actiuas q̄
nō sũt p̄ncipia agēdi in remotũ nisi sint
alie forme ꝯcurrentes q̄ sũt p̄ncipia agē'
di in propinquũ. ita autē nō est de volũ
tate qua omnipotens agit.

Irca distincti
onē. 38. quero. vtru3 scia dei
respectu factibiliũ sit practi'
ca. Q2 nō. 2°. metha'. finis practice ē op'
nihil aũt extra deũ est finis eius. Cō'
tra. 6. de tri. c. vlti. Est ars q̄da3 oipotē'
tis atq3 sapiētis dei plena oiu3 rōnu3 vi
uentiũ incōmutabiliũ. ars est habitus
practic'. ergo ꝛc̄. Silr. 83. questionũ
qōne. 46. idee sunt rōnes ꝓm quas for'
matur omne formabile: ꝛ multe alie au
ctoritates sunt ad hoc.

Supra in questōne
de theologia vtrũ sit practica vel specu
latiua multũ dictũ est de cognitōne pra
ctica ꝛ speculatia. Breuit aũt nũc aliq̄
applicādo ad ꝓpositũ p̄t dici ꝙ de rōe
hitus practici sũt duo. s. cōformitas ad
praxim quā ꝯformitatē h3 ex obō circa
qd ē. ꝛ p̄oritas eius nālis ad eandē praxi
q2 praxis ut ab ea dr̄ opatio practica est
opatio q̄ distinguit a speculatōne. nulla
aũt opatio alia a speculatōne ē in ptāte
speculātis nisi sit vel esse possit nālr po'
sterior intellectōe vel speculatōne. cogni
tio aũt nō ponit practica in aliq̄ ut ē ei'
nisi respectu praxis q̄ ē in ptāte ei'. Et
ex hoc sciendũ vlteri' ꝙ l3 cognitio pra'
ctica actualissima ꝛ ꝓxia praxi sit al q̄
scia de praxi eliciēda: puta iudiciũ de cō
clusione sylli practici q̄ ꝯclo finis ē mo'
tus itelligētie. sed ab ea incipit opatio.
tñ nō solũ ista cognitio est practica q̄ sic
est ꝓxime practica s3 etiā cognitio prac
ticoꝝ p̄ncipioꝝ q̄ virtualr includit istā
ꝛ etiā cognitio q̄dditatiua terminoꝝ q̄
includũt p̄ncipia practica. sic ibi dictũ ē
q̄cũq3 igit inte' nō pōt habē aliquā cog
nitionē dictatiuā de opando nālr p̄orez
dictantē illā praxi quā respicit talis cog
nitio. nec pōt habē cognitionē p̄ncipio'
rũ ex q̄bus iferat talē cognitionē dictati
uā opandoꝝ. nec p̄t hr̄e cognitō3 q̄ddi'
tatiuā terminoꝝ in q̄bus excludũt talia
p̄ncipia: talis inte' ñ vr̄ posse hr̄e cogni'
tionē practicā ꝓprĳssime sũptā ꝓm illas
duas ꝯditōnes p̄dictas. s. ꝯformitatē ad
obm̄ ꝛ p̄oritatē. s3 inte' dinus ꝯpando
cognitō3 ei' ad actũ volũtatis ei' nō pre
h3 cognitō3 dictatiuā aliquā de aliq̄ fa'
ciēdo. nec cognitōne3 alicui' p̄ncipĳ. nec
q̄dditatiuā termi includentē p̄nm practi
cũ. g̊ nō h3 aliquā cognitō3 ꝯformē ꝛ p̄'
orez tali praxi. ꝓbō mioris. Si añ actũ
volũtati diue posset inte' dinus aliq̄ ta
lē cognitō3 hr̄e: hr̄et eā mē nālr ꝛ nečio.
q2 ois cognitio p̄cedēs ibi actũ volũtati
est mere nālis ꝛ ꝑ eēntiā ut ipa ē rō mē
nālis itelligēdi. de necitate g̊ cognosceret
hoc esse faciendũ. ꝛ tũc volũtas cui hoc
offert nō posset nō velle istō: q2 tũc pos'
set eē ñ recta. q2 volũtas potēs discorda
re a rōe practica p̄t eē ñ recta ō necitate.
g̊ volũtas dina vellet h° opandũ. ꝛ per
ꝯñs oia. q2 q̄ rōe eēt ō vno eadē rōe ꝛ ō
alio. Hic instat p̄°: q2 ꝑ istā rōne3 inte'
dinus nō hr̄et aliquā cognitō3 speculati
uā. aut eni volũtas nečio vellet illũ itel
lectũ speculari. ꝛ tũc ñ eēt libertas p̄ma
ex ꝑte volũtatis. aut posset nō velle illũ
intellectũ speculari. ꝛ tũc posset eē nō re
cta. Et p̄terea. si p̄mo offerat intelle'
ctui dino aliq̄ lex vl̄is puta oē glorificā'
dum esse gratificādũ. ꝛ istā acceptat vo
lũtas dina. ꝛ ex h° statuit aliq̄ lex sapie.
ꝛ 2° offerat inte' volũtati Petrũ eē btifi
candũ. si volũtas istā acceptet vr̄ ex hoc
intellectũ cognoscē Petrũ esse gratificā
dũ: ꝛ h° cognitōe dictatia ñ accepta i se
formalr a volũtate: l3 volũtas verifica'
uerit p̄missas ex q̄bus inte' ista3 habet.

Ad p̄mū istoꝝ. intellectus diuinus ex necessitate nature est speculatiu⁹. ⁊ ñ est ad hoc formalr libertas licet nō sit sine volūtate ꝯplacente. deus eni necio ē sciens nō aūt volūtate est sciēs ꝓprie sicut necitate nō volūtate ē de⁹. qñ igit arguis si voluntas non possit nō velle intellectū speculari. ḡ nō est sūme libera. ñ sequit. q2 libertas ei⁹ nō est ad intrinseca. que q̄si p̄cedūt actū eius. sed libertas ei⁹ est ad omia factibilia. ⁊ iō est nec̄e ponē p̄mā determinationē in volūtate respectu factibiliū. nō sic aūt eēt si inte⁹ practicus p̄determiaret. imo nec ꝓprie libertas possꝫ saluari in volūtate respectu factibiliū. sꝫ nec ꝯtingētia aliq̄. q2 inte⁹ necessario p̄determiaret eā mera necitate nāli. ⁊ volūtas necio ꝯformaret se intellectui. qđ aūt necio etiā necitate ꝯñtie ē ꝯforme necio nō pōt eē ꝯtingens. Ad 2ᵐ dico. ꝙ inte⁹ diu⁹ nō sic cognouit aliqua discurrēdo sicut ꝓcedit arᵐ. sed distinguendo de instāti nāe in p̄mo apprehendit quodcūqꝫ opabile: ita vl̄ia principia opabiliū sicut opabilia ꝑticularia Et in 2° offert oia ista volūtati quorum oiuꝫ aliqua acceptat tam p̄ncipioꝝ practicoꝝ q̄ ꝑticulariū opabiliū. ⁊ tūc i 3° signo intellectus sit eque imediate illa ꝑticularia sic̄ illa vl̄ia. ⁊ ita nō acq̄rit cognitionē illoꝝ particulariū ex p̄ncipījs p̄determinatis per voluntatē. hoc magis patebit in questione de scīētia dei respectu futurorum contingentium.

Ad auctoritatem

Aug. dico ꝙ ars ē hitus cū vera rōe factiuus. ex 6° ethy. ⁊ ꝓut cōplete accipit diffinitio artis intelligit rō recta hoc est directiua siue rectificās potentiā aliā cuius est opari ꝺm artē. diminute aūt ars est hitus cū vera rōne qñ ē tm̄ hitus apꝑhensiuus rectitudis agendoꝝ ⁊ nō habitus directiu⁹ siue rectificatiu⁹ in agendis. hoc 2° mō potest ꝯcedi ars in deo. q2 posita determiatōne voluntatis eius respectu quoꝝūcūqꝫ operandoꝝ intellectus eius cognoscit istū ordinē opandorum. ⁊ tūc est ibi recta rō. hoc ē cog̊scēs rectitudinē. nō tñ recta rō. h° ē directia ipius potētie opantis. ⁊ h° maxie si ponat pō illa opans extra eē volūtas ⁊ nō aliq̄ alia potētia executiua. q2 si poneret aliq̄ potētia executiua alia a voluntate videt ibi posse saluari recta rō alio mō se habēs respectu illius potētie opantis ꝺm eam quā possit mō saluari respectu voluntatis. Per idem patet ad illud Aug. quia idee sunt obiecta secundaria cognita sicut dictū est p̄us. ꝺm que fiunt aliqua extra. nō tñ ipa includūt aliquā noticiā dictatiuā de opando vel de nō opando. licet ipa repsentēt opabilia. sꝫ cognitio operabilis non est scientia practica nisi virtualiter includat p̄ncipium vel conclusionem practicā. sic non est ò ideis in intellectu diuino.

In secūda par

te dis. tractat mgr̄ de infallibilitate scientie diuine. Et di. 39. tractat ò imutabilitate scie dine. q̄tuꝫ igit ad istā materiā ꝓut scia diuina respicit simplr̄ exñtias rerū quero quiqꝫ. Primo vtrū deus hēat noticiā determinatā omniū quantū ad omēs ꝯditōes exñtie. 2° vtꝝ hēat certā noticiā ⁊ infallibilē omniuꝫ quantū ad omēs ꝯditōnes exñtie. 3° an hēat imutabilē noticiā de oibus q̄ntuꝫ ad oēm ꝯditionē exñtie. 4° an necio sciat omnē ꝯditionē exñtie omniū. Et 5° vtrum cum determinatione ⁊ certitudine scientie sue possint stare aliqua cōtingentia ex ꝑte reꝝ in exñtia. ⁊ hec sil' q̄ri ꝑñt: q2 ꝑ eadem simul soluuntur.

Ad p̄mam questio

nē arguo ꝙ nō. q2 ꝺm p̄hm p̄° ꝑhiermenias. In futuris ꝯtingētib⁹ nō ē detmiata veritas. ḡ nec scibilitas determiata. ḡ nec inte⁹ hꝫ noticiā de eis determinatā. Cōfirmat rō ꝑ ꝓbationē suā ibidem:

qꝛ tūc nō oportēt ꝯsiliari neqꝫ negotiari ita videt̄ si est aliq̄ determiata noticia ꝺ aliq̊ futuro ꝯtingenti nō oꝫ negociari n̄ꝰ ꝑcōsiliari. qꝛ siue ꝯsiliemur siue nō hoc eueniet. Preterea pō dei si eēt limita ta ad vnā ꝑtem eēt impfecta. qꝛ si deus ita posset hoc ꝙ nō possꝫ eius opposituꝫ eēt poꝰ limitate ⁊ n̄ oipotētie. g̊ eoꝺ mō si ita sciat vnā ꝑtē ꝙ n̄ aliā eēt limitatus ꝑm sciam ⁊ nō oīsciens. Cōtra Hebr. 4. oia nuda ⁊ aꝑta sūt oculis eiꝰ. ⁊ glo. ibidē dicit. i. ex oī ꝑte plene visa. igit̄ hꝫ certā ⁊ determiatā noticiā de oibus q̄nꝰ tum ad omē cognoscibile in eis.

Ad secundam que

stionē arguo ꝙ nō. qꝛ seq̄t deꝰ nouit me sessuꝝ cras ⁊ nō sedebo cras. g̊ decipit̄. g̊ a sili sequit̄ deus nouit me sessuꝝ cras ⁊ possū nō sedē cras. g̊ deus p̄t decipi. pͣ illatio ē maifesta. qꝛ credēs illud qꝺ non est in re decipit̄. ꝓbo ex hº ꝙ ꝯña teneat qꝛ sic ad duas de ineē sequit̄ ꝯclo de inesse. ita ex vna de ineē ⁊ altera de possibili sequit̄ ꝯclo de possibili. Preterea. si deus scit me sessuꝝ cras ⁊ possibile est me nō sedē cras ponat̄ inesse. nō sedebo cras. sequit̄ ꝙ deꝰ decipit̄. sed ex positōe possibilis ineē non sequit̄ ipossibile. igit̄ ista deū decipi nō erit ipossibilis. Ad oppositū Hebre. 4. ut supra dictū est.

Itē in p̄mo oio ꝑfectissimo nulla est impfectio. sed si deus nullā talē noticiā habēt esset impfectius. g̊ ⁊c̄.

Ad tertiaꝫ questio

nē arguo ꝙ nō a ꝯdictorio ad ꝯdictoᵐ nō p̄t eē trāsitus sine aliq̄ mutatōe. qꝛ si nulla sit oino mutatō nō videt̄ aliq̊ mō ꝙ illud qꝺ fuit p̄us verū sit mō falsum. igit̄ si deus sciens a. p̄t nescire a. hº videt̄ ꝑ aliquā mutationē possibilē nō nisi in ipo a. vt scitū a deo. qꝛ nullū eē hꝫ nisi i scia dei. ⁊ ꝑ ꝯñs eius mutatio nō p̄t esse sine mutatōne scie dei qꝺ est ꝓpositum

Preterea. q̄cquid nō est a. ⁊ potest eē a. potest incipe eē a. qꝛ nō vꝫ eē intelligibile ꝙ affirmatio negatōnis q̄ non inest possit ineē nisi incipiat eē. g̊ si deus non scit a. ⁊ p̄t scire a. p̄t incipe scire a. g̊ pōt mutari ad scire a. Preterea 3º. si deꝰ nō scit a. ⁊ p̄t scire a. quero q̄ est ista pō aut est passiua ⁊ tūc est ad formā ⁊ seq̄t mutatio. aut est actiua. ⁊ pꝫ ꝙ nālis. qꝛ intellectꝰ ut intellectꝰ nō est liber sꝫ nālr agēs tal' aūt pō n̄ p̄t agē postꝙ̄ n̄ egit nisi mutet̄. igit̄ ut p̄us sequit̄ mutatio. Oppoᵐ pꝫ. ꝺ. ex di. 8. ꝙ nihil ē in eo mutabile.

Ad quartā questio

nē arguo ꝙ sic. qꝛ deus imutabil'r scit a. g̊ neciō ꝑ a. intelligat̄ añxp̄m fore. ꝓbō ꝯñtie p̄º: qꝛ nō ponit̄ in deo necītas nisi imutabilitatis. g̊ q̄cquid est in eo imutabiliter: necio est. 2º qꝛ oē imutabile videt̄ eē necessariū formal'r. sic oē possibile qꝺ repugnat necio videt̄ eē mutabile. omne enim tale possibile ex se nō ē ⁊ ab alio p̄t eē. ip̄m aūt eē post nō eē siue ordine duratōnis siue ordine nāe nō videt̄ posse eē sine aliqua mutabilitate. Preterea. q̄cquid p̄t eē in deo p̄t eē ideꝫ deo ⁊ per ꝯñs deus. sed q̄cquid p̄t esse deus de necītate est deus. qꝛ deus ē imutabil'. g̊ q̄cquid p̄t eē in deo de necītate ē deus scire aūt a. p̄t eē in deo. g̊ de necītate est deus. ⁊ ꝑ ꝯñs simpl'r necio scit a. Preterea. omis ꝑfectio simpl'r absoluta ꝺ necessitate inest deo. scire aūt a. est ꝑfectio simpl'r. qꝛ alioq̄n nō esset deus ꝑfectus si nesciret a. formal'r. qꝛ nō est impfectus nisi ꝑꝑ carentiā ꝑfectōis simpl'r. g̊ necio scit a. Oppositū. si deus necio sciret a. g̊ a. esset necessario scitum. g̊ necio verum. ꝯñs falsū. g̊ ⁊ añs.

Ad quintā questio

nē arguo ꝙ nō. qꝛ sequit̄ deus scit a. g̊ necessario erit. añs est necessariū. ꝓbō ꝯñtie. qꝛ actus rōnalis nō distrahit̄ ꝑꝑ materiā sup quā trāsit. sic loqui non distrahit si trāseat sup hoc qꝺ ē me nihil loq̄.

sequit eni. dico me nihil dicere. ergo aliqd dico. ergo a sili scire nō distrahit pp mām sup quā transit. ergo cū scire dei sit simplr necessariū nō distrahit ab hac necitate pp hoc qd trāsit sup ↄtingēs. Preterea omē scitū a deo fore necio erit. a. est scitū a deo. ergo rc. maior est vera, put ē de necio. qz pdicatū de necitate inest sbo. r mior est de ineē simplr: qz p eternitate vera. ergo sequit ↄclo de necio. Oppoñens diuidit in necessariū r ↄtingēs. ergo intellectus intelligēs ista fm rōnes suas ppzias itelliget hoc ut ē necessariū. r illō ut ↄtingēs. alioqn nō itelligēt ista ut sūt alia entia. r per ↄñs illa scia nō tollit cōtingentiā ab eo quod est scitū.

Circa istas questiones

ponit certitudo dine scie respcu omniū quantū ad oēs ↄditōnes exñtie ppi ideas que ponunt in itellectu dino. r hoc pp pfectionē eaꝝ in repñtando. qz repñsentāt illa quoꝝ sūt nō solū fm se totuz sz et fm oēm rōez r hitudiez extremoꝝ r ita in intellectu dino sūt rō sufficiens nō tm simplr apprehēdendi illa ideata sz et apprehendēdi oēm vnionē illoꝝ et oēm modū ipoꝝ ideatoꝝ ptinentez ad existentiā eoꝝ. Cōtra. rōes cognoscēdi termios alicuꝰ cōplexionis nō sufficienter causāt noticiā illiꝰ cōplexiōis nisi illa nata sint cognosci ex terminis. ↄplexio āt ↄtingēs ñ ē nata ↄgsci ex tmis. qz tūc nō tm eēt necia sz etiā pma r imediata. ergo rōnes cognoscēdi terminoꝝ qñtūcunqz pfecte repñtent eos nō sūt sufficiētes cause ↄgnoscendi illā cōplexionē cōtingentē. Preterea. idee mere nālr repñsentāt illō qd repñtant r sb rōe sb q aliqd repñtāt. qd pbat ex hoc. qz idee sūt i intellectu dino añ oēm actū volūtatis dine. ita q nullo mō sūt ibi p actū volūtatis dine. sed qcquid nālr pcedit actuz volūtatis est mere nāle. accipio igit duas ideas extremoꝝ que repñsentant i eis puta hois r albi. quero aut iste ex se repñsentāt cōpositionē istoꝝ extremorum aut diuisionē aut vtrūqz. Si tm cōpositionē. ergo nālr cognoscit illā. r ita mō necessario. r per ↄñs nullo mō cognoscit diuisionē. eodē mō si tm repñtant diuisionē. si vtrūqz. igit deus p istas nihil nouit. qz scire ↄdictoria eē vel esse vera nihil est scire. Preterea. eodē mō sunt idee possibiliū nō futuroꝝ sicut futurorū. qz differētia ista possibiliū non futuroꝝ a futuris nō est nisi p actū volūtatis diuine. ergo idea futuri possibilis ñ magis repñtat ipm futurū esse q idea possibilis nō futuri. Preterea. nō magis representabit idea futuri ipsum ponendū esse in hoc nunc q in illo.

Aliter ponitur q certā noticiaz

habet deus de futuris ↄtingētibus. per hoc q totus fluxus tpis psens est eternitati: r oia que sūt in tpe. qd pbatur per hoc: qz eternitas est imensa r infinita. r per ↄñs sicut imensū est simul psens oi loco: ita eternuz est sil psens toti tpi. Et declarat per exempla. r vnū qdem ē de baculo fixo in aqua iuxta quē baculuz r si totus fluuiꝰ fluat successiue r sic sit psens baculus successiue oibus ptibus fluuij. nō tamē baculus est imensus respectu fluuij. qz nō est simul psens toti. ergo eodē mō si eternitas eēt quoddā stans sicut baculus iuxta quā flueret tempus ita q nūq eēt simul sibi psens nisi vnū instans tpis: sicut nec baculo sil presens est nisi vna par) fluuij. eternitas nō esset imensa respectu tpis. Confirmat etiā istud. qz nūc eternitatis vt ē cū nūc tpis nō coequat sibi. igit vt est cū isto nūc excedit ipm. nō aūt excedēt ipm nisi ut est cum isto nunc eēt simul cum alio. Cōfirmat etiā hoc. quia si totū tempꝰ posset simul esse extra nūc eternitatis eēt sil psens toti isti tēpori. sed licet tempori repugnat ppter eius successionē simul eē: nihil tamē pp ter hoc pfectōnis tollitur eternitati. ergo ipa eternitas mō est eque psens toti tpi r cuilibet existenti in tpe. Confirmat etiā istud per aliud exem

plum de centro in circulo. quia si poneretur tēpus fluens esse circūferentiā circuli ⁊ nūc eternitatis eē centrū: q̄tūcunq̧ eēt fluxus in tēpore: tamē totus flux⁹ ⁊ quelibet pars eius eēt sp̄ p̄sens centro Ita in ppósito oīa in quacūq̧ parte tēporis habētia existere siue sint in hoc nunc temporis: siue ip̄a sint p̄terita siue p̄sentia vel futura. oīa p̄sentia sūt respectu nūc eternitatis. ⁊ ita qd̄ est i eternitate videt ea p̄ntialiter ppter talē coexistentiā. sicut ego possum videre p̄sentialiter illud qd̄ in isto instanti video.

Cōtra istud arguit̄ p̄mo reducēdo cōtra eos qd̄ ibi adducunt de imensitate. quia posito q̄ locus possit crescere continue in infinitū ita q̄ sicut tempus ē in cōtinuo fluxu ita deus augeat locū inferius. imensitas tn̄ dei nō eēt sibi rō coexistendi alicui loco in aliquo nunc nisi existenti. nō eni deus per imensitatē sui coexistit alicui in loco nisi qd̄ est in illo. lz posset causare locū extra vniuersum. ⁊ tunc per imensitatē suā coexisteret illi: si igit̄ imensitas nō est rō coexistendi loco nisi actuali ⁊ nō p̄oli q̄z nō est. pari rōne eternitas nō erit rō coexistēdi alicui nisi exn̄ti. q̄z illud qd̄ nō est nulli p̄t coexistē q̄z coexistē dicit relōnem realē. sz relō n̄ est realis cui⁹ fundamentū nō est reale.

Itē si effectus hz eē in seip̄o respectu cause p̄me simplr̄ est in se. q̄z respc̄u nullius habet verius eē. vn̄ illud qd̄ dr̄ tale respectu cause p̄me simplr̄ p̄t dici tale. si g̊ aliqd̄ futuꝝ sit in actu respectu dei. g̊ simplr̄ est in actu. g̊ impossibile est postea ip̄m poni in actu. P̄. si sessio mea futura n̄ tm̄ q̄m ad entitatē quā hz eē cognoscibili. sz ēt quā hz in eē exn̄tie ē nūc p̄ns eternitati. g̊ nūc ē pducta in illo eē a deo. nā nihil aliud a deo hz eē i fluxu tp̄is nisi sit pductū a deo sm̄ illud eē. sz istā sessionē deus pducet vel aīaz ān xp̄i qd̄ idē ē. g̊ illd̄ qd̄ iā ab ip̄o pductū ē iterū pducet in eē. ⁊ ita bis pducet in esse. P̄. ista pō n̄ vr̄ iuuare ad illd̄ pp qd̄ ponit̄. s. ad hn̄daz certā noticiā futuroꝝ ⁊ p̄° q̄dē: q̄z ista sessio p̄ter h° p̄ns ē eternitati sm̄ q̄ est in aliq̄ pte tp̄is ip̄a tn̄ est futura i se. ⁊ sm̄ h° q̄ futura est ⁊ a deo pducenda. q̄ro vtrū hēat certā noticiā eius. si sic igit̄ hoc nō est p h° q̄ iā exn̄s ē sz sz q̄ futura ē. ⁊ istā certitudinē oz ponere p aliq̄d aliud. ⁊ illd̄ sufficit ad oēm cognitionē certā de exn̄tia hu⁹ rei. si non nouit ip̄am certitudialr̄ sic futurā. g̊ producit ip̄am nō p̄cognoscēs ip̄am. cognoscet aūt certitudinalr̄ ip̄am cū fuerit producta. g̊ aliť nouit facta q̄ fienda qd̄ ē ꝯ Aug. 5. sup Gen̄. 2° q̄z intē⁹ diu⁹ nullā certitudinez accipit ab obō aliq̄ alio ab eēntia sua. tūc eni vilescēt. vn̄ nūc etiam de sessione mea q̄ ē nūc i actu posita nō hz itellect⁹ diuus certitudinē causatā in ip̄o ab ip̄a sessione. nō eni mouet sessio intellectū eius. g̊ eodē mō oīa tp̄alia si sint in exn̄tia sua p̄ntia eternitati sz illas exn̄tias eoꝝ nō faciūt certitudinē in intellectu diuo de eis. sed oz p aliud de eis habē certā noticiā de existentiis: ⁊ illud aliud sufficit nobis. Preterea isti ponunt q̄ euū angeli est oīo simplex coexistens toti tp̄i. g̊ angelus q̄ est in euo p̄ns est toti fluxui tp̄is ⁊ oībus eius partib⁹ ergo videtur sm̄ illam rationem eoꝝ q̄ angelus possit naturaliter cognoscere futura contingentia.

Tertia positio dicit q̄ licet aliqua respectu scie diue sint necessaria. tn̄ nō sequit̄ quin respectu causaꝝ pxiarū possint eē ꝯtingētia. Et confirmat̄ p Boetiū. 5. ꝯsolationū. c. vlti. siue prosa 6ª. vbi dicit sic. Si dicas q̄ euētuꝝ de⁹ vidz illud nō euenire nō possit. qd̄ autē nō potest nō euenire illud necessitate cōtingere: meq̧ ad hoc nomē necessitatis astringas. Rn̄debo. idem futurū cuz ad diuinā noticiā refert̄ est necessariū. cum vero in sua nā ppendit̄ liberū prorsus ē ⁊ a vīculis necessitatis absolutū. Pro hoc etiam arguitur. q̄z impfectio p̄t in

esse effectui a cā ꝓxima lꝫ nō a cā remota siue ꝑori: sicut deformitas ē in actu a volūtate cāta. nō aūt inꝙtū ē a volūtate diuia. ideo peccatū nō reducit̃ in deū vt in cāꝫ sed tm̄ imputat̃ volūtate create. lꝫ ğ ꝙtū est ex pte dei ꝙ̇ est cā remota eēt necessitas reꝝ. tñ ex cāis ꝓxis earum pōt eē ꝯtingētia in eis. Cōtra ista argutum ē di. 2ª. vbi ꝓbatū est deū eē intelligentem ⁊ volētē alia existere ꝯtingēt̃ per ꝯtingētiā reꝝ. qꝛ nulla ꝯtigētia pōt esse i cātione alicuiꝰ cause respectu sui effectꝰ. nisi ꝑma cā ꝯtingēter se hēat ad cāꝫ ꝓximā sibi vl̕ ad suū effectū. Qꝺ nūc ꝓbat̃ breuit̃ ex hº ꝙ causa mouēs inꝙtū mota si necessario mouet̃ necario mouet. q̄libet igr̃ cā 2ª q̄ ꝓducit inꝙtū mota a ꝑma si necario mouet̃ a ꝑª necario mouꝫ ꝓximā sibi l̕ ꝓduc̄ suū effectū. tota ğ ordinatō cāꝝ vsqꝫ ad vltiᵐ effectū necario ꝓducēt si hitudo ꝑᵉ cause ad sibi ꝓximā sit necessaria. Preterea. cā ꝑoꝛ ꝑus nālit̃ simpl̕r respic̄ effectū suuꝫ ꝙ̄ cā posterioꝛ. ğ in illo ꝑori si hꝫ necessariā hitudinem ad ipm dabit sibi eē necessariū. In 2º aūt instātiꝰ nāe nō pōt causa ꝓpinqua dare sibi eē ꝯtingēs. qꝛ iā ꝑintelligit̃ hr̃e a ꝑª cā esse repugnās ꝯtingētie. nec pōt dicere ꝙ in eodē instāti iste due cāe dāt esse cāto. qꝛ sup illud eē nō posset fundari necessaria hitudo ad illaꝫ cām ꝑfecte dātē esse ⁊ ꝯtingēs hitudo ad aliquam aliā cāꝫ. Preterea. q̇cq̇d ꝓducit̃ a caus posterioꝛibꝰ pōt imediate ꝓduci a ꝑª. ⁊ tūc hr̃et eandē entitatē quā mō hꝫ. ⁊ tūc esset ꝯtingēs sic̄ ⁊ mō est cōtingēs. hꝫ ergo ꝯtingentiā suā etiā mō a cā ꝑma. ⁊ ñ tm̄ a causa ꝓxima. Preterea. deꝰ multa ꝓduxit imediate ⁊ ꝓpucit. sicut creauit mūdū ⁊ nūc creat anias. ⁊ tñ omnia contingenter.

Contra solutōnem

istaꝝ qōnū sic ꝓcedēdū ē. ꝑº videndū est quō ꝯtingētia sit. 2º qualit̃ cū hoc stet certitudo ⁊ imutabilitas diuine scie ꝺ eis.

Quantum ad ꝑmā

dico ꝙ istud disiūctū necessariū vl̕ possibile ē passio entis circūloquēs passioēꝫ ꝯuertibilē cū ente. sic̄ sūt multa alia illimitata i entibꝰ. passioēs āt enti ꝯuertibiles vt cōius imediate dicūt̃ de ente qꝛ ēs hꝫ ꝯceᵐ simpl̕r simplicē. ⁊ iō nō pōt esse mediū int̃ ipm ⁊ suā passionē qꝛ neutrius ē diffō q̄ possit eē mediū. si etiā sit aliq̄ passio enti nō ꝑª difficile ē vidē ꝑ quā rōēꝫ ꝑoꝛē vt ꝑ mediū possit ꝯcludi ꝺ ente. qꝛ nec facile ē videre oꝛdinē passionū entis. nec si ille oꝛdo cogsceret̃ viderent̃ ꝓpōes assūpte ab eis ꝑ ꝑmissis eē multū euidētioꝛes ꝯclonibꝰ. In passioībꝰ āt disiūctis lꝫ illud totū disiūctū nō possit demōstrari de ente tñ cōit̃ sūpto illo extremo qꝺ ē minꝰ nobile de aliq̄ ente pōt ꝯcludi aliud extreᵐ qꝺ ē nobiliꝰ de aliq̄ ente sic̄ seq̇t̃ si aliqꝺ ens ē finitū. ğ aliqꝺ ens ē infinitū. ⁊ si aliqꝺ ens ē ꝯtigēs ğ aliqꝺ ens ē necariū. qꝛ i talibꝰ nō possꝫ enti ꝑticularit̃ iesse iperfectius extreᵐ nisi alicui enti iesset ꝑfectiꝰ extreᵐ a q̊ depēderꝫ. Sed nec istoº vr̃ posse ꝯcludi extreᵐ iꝑfectiꝰ talis disiūctōis. nō. n. si ꝑfectiꝰ est i aliq̄ ente necesse ē iperfectiꝰ eē in alio ente. ⁊ hº nisi illa extrēa disticta eēnt coꝛrelatia sic̄ cā ⁊ cātum. igr̃ nō pōt oñdi de ente ꝑ aliq̇d ꝑus mediū disiūctū hº necarium vl̕ contigēs. nec etiā ista pars disiūcti qꝺ est ꝯtingēs posset oñdi de aliquo supposito necessario. ⁊ iō vr̃ ista aliqꝺ ens est ꝯtingēs esse vera ꝑº ⁊ nō demonstrabil̕ ꝓpt̃ q̇d. vñ phs arguēs ꝯ̄ necitatē futuroꝝ ñ ꝺduc̄ ad aliq̇d ipossibiliꝰ ipotesi. sꝫ ad aliqꝺ ipossiᵉ nobis māifestiꝰ. s. ꝙ nō oꝫ nec ꝯsiliari nec negociari ⁊ iō negātes tlia māifesta idigēt pēa l̕ sensu. qꝛ fꝫ Auic. ꝑº meth. negātes ꝑᵐ ꝑnᵐ sūt vapulādi l̕ exponēdi igni q̊usꝫ ꝯcedāt ꝙ ñ ē idē ꝯburi ⁊ nō ꝯburi vl̕ vapulare ⁊ ñ vapulare. ⁊ ita ēt isti ꝙ̇ negāt aliqꝺ ens ꝯtigēs exponēdi sūt toꝛmentis quousqꝫ ꝯcedant ꝙ possibile ē eos nō toꝛqueri.

Supposito ꝫ isto tanq̃ maīfesto vo
ꝙ aliquod ens est ꝯtingens inquirendū
est quō possit saluari ꝯtingentia in enti
bus. Et dico ꝙ ꝓpter p̄mā rōem factā
ꝯtra tertiā opi. q̄ magis explicita ē dis.
2. in qōne de esse dei ꝙ nulla cātio alicꝰ
cāe potest saluare contingētia nisi p̄ma
cā ponat̄ imediate ꝯtingēter cāre. ꝛ hᵒ
ponēdo in p̄ma cā ꝑfectā cālitatē sicˀ ca
tholici ponūt. primū aūt ē cāns ꝑ intel
lectū ꝛ volūtatē. ꝛ si ponat̄ tertia potē
tia executiua alia ab istis nō iuuat ad ꝓ
positū. qꝛ si necessario intelligat ꝛ velit
necessario ꝓducit. oꝫ ꝫ ꝯtingentiā ista
rum querere in volūtate diuina vel in
intellectu diuino: non aūt in intellcū hꝫ
actū p̄mū aň oēm actū volūtatis. quia
q̄cq̄d intellectꝰ intelligit hoc mō intelli
git mere nāliter ꝛ necessitate nāli. ꝛ ita
nulla ꝯtingentia pōt eē in sciēdo aliq̄d
qȯ non scit vel i itelligēdo aliq̄d qȯ nō
intelligit tali itellectōe p̄ma. Primā
ꝫ ꝯtingentiā oꝫ querere in voluntate di
uina. q̄ vt videat̄ qualit̄ sit ponēda priᵒ
vidēdū est in volūtate nr̄a. ꝛ ibi tertia.
p̄mo ad que sit libertas voluntatis nr̄e
2ᵒ qualr̄ istā libertateꝫ sequat̄ possibili
tas siue cōtingētia. Et 3ᵒ de logica disti
ctione ꝓpōnum quō exprimit̄ possibili
tas siue contingentia ad opposita.

Quātum ad p̄mū dico ꝙ volūtas i
q̄tum est actꝰ primꝰ libera ē ad opposi
tos actus libera ēt est mediantibꝰ illis
actibꝰ oppositis ad opposita obā in q̄
tēdit ꝛ vlteriꝰ ad oppositos effectꝰ q̄s ꝓ
duc. p̄ma libertas hꝫ nccīo aliquā ipfe
ctōeꝫ ānexā: qꝛ potētialitatē passiuā vo
lūtatl ꝛ mutabilitatē tertia libertas nō
est p̄ma. qꝛ ꝛ si ꝑ ipossibile nihil efficēt
extra adhuc inq̄tū volūtas posset libē
tēdere in obā. Media aūt rō libertatis
ip̄a ē sine iperfectōe imo nccīa ad perfe
ctionē. qꝛ ois potētia ꝑfcā pōt tēdere in
oē illud qȯ est natuꝫ esse obm̄ talis po
tētie. ꝫ voluntas ꝑfecta pōt tēdere in oē
illud qȯ natū est esse volibile. libertas
igit̄ prima sine iperfectōe inq̄tum liber
tas ē ad opposita obā in q̄ tēdit. cui vt
sic accidit vt oppoitos effectꝰ producat
De 2ᵒ dico ꝙ istā libertatē cōcomita
tur vna potētia ad opposita manifesta
lꝫ. n. nō sit in ea potētia ad sil̄ velle ꝛ nō
velle. qꝛ hoc nihil ē. tn̄ in ea est potētia
ad velle post nō velle siū ad successiōeꝫ
oppositoꝝ actuū. ꝛ ista potētia est māi
festa i oibꝰ mutabilibus ad successionē
oppositoꝝ i eis. tn̄ est ꝛ alia nō ita māi
festa absq̄ oi successione. ponēdo. n. vo
luntatē creatā tm̄ hr̄e esse in vno instan
ti. ꝛ ꝙ ip̄a in illo instāti hēat hanc voli
tionē non nccīo tūc hēret eā. ꝓbatio. si
eni in illo instāti hēret eā nccīo cū non
sit cā nisi in illo instāti qn̄ cāret eā. ergo
simplr̄ volūtas qn̄ cāret eā nccīo cāret.
non. n. mō est ꝯtingens cā qꝛ p̄existebat
aň istud instās in quo cāt ꝛ tūc vt p̄exi
stens potuit cāre vel nō cāre. qꝛ sicˀ hoc
ens qn̄ est ē nccīuꝫ vel ꝯtingēs. ita causa
qn̄ cāt tūc cāt nccīo vl̄ ꝯtingent̄. ex quo
igit̄ in isto instāti cāt hoc velle ꝛ nō ne
cessario iō contingent̄: est ꝫ potentia hꝰ
cāe ad oppositū eiꝰ qȯ cāt sine successio
ne. ꝛ ista potētia real̄ est poᵃ prioris nā
lit̄ vt actꝰ p̄mi ad oppoita q̄ sūt posteri
ora nālit̄ vt actꝰ scōi. actꝰ. n. p̄mꝰ ꝯsidera
tus in illo instāti in q̄ est p̄or nālit̄ actu
2ᵒ ita ponit illū in esse tanq̄ effcm̄ suuꝫ
ꝯtingētē ꝙ vt prior nālr̄ posset eq̄ ponē
aliud oppoᵐ in eē. Hanc ēt potētiā rea
lē actiuā priorē nāliter ip̄o qȯ ꝓducit̄:
ꝯcomitat̄ potētia logica q̄ est non repu
gnātia terminoꝝ. volūtati. n. vt ē actꝰ
p̄mꝰ etiā qn̄ ꝓducˀ hoc velle n̄ repugnat
oppoᵐ velle. tū qꝛ cā ꝯtingēs ē respectu
sui effectꝰ. ꝛ iō nō repugnat sibi oppoᵐ.
in rōe effectꝰ. tū qꝛ vt scdm̄ est ꝯtingēter
se hꝫ ad istū actū vt isormat. qꝛ sbo nō
repugnat oppoᵐ sui accn̄tis ꝑ accn̄s. li
bertatē igit̄ volūtatis nostre inq̄tum ē
ad oppositos actus concomitat̄ poten
tia tā ad opposita successiue q̄ ad op
posita ꝓ eodē instanti. hoc ē ꝙ altutrū

possit inesse sine altero. ⁊ ista pō 2ª ē cā realis actus pus nāliter ꝙ logica. sȝ 4ª potētia ñ cōicat istā. s. ad opposita sil. q2 illa nulla est. Ex isto 2° p33m. s. distinctio huius ꝓpōnis volūtas volens a. pōt non velle. a. hec. n. in sensu ꝯpōis falsa ē vt significetur possibilitas hui9 ꝯpōnis voluntas volēs. a. non vult. a. vera autē est in sensu diuisionis vt significetur possibilitas ad opposita successiue. q2 voluntas volēs ꝓ. a. pōt nō velle ꝓ. b. Sed si etiā accipiamus ꝓpōnem de possibili vnientē extrema ꝓ eodem instanti. puto istā voluntas ñ volens aliquid ꝓ. a. pōt velle ꝓ a. adhuc ista ē distinguenda fm ꝯpōnē ⁊ diuisionē. ⁊ in sensu cōpois ē falsa. s. ꝙ sit possibilis ꝙ ipsa sit sil volēs ꝓ. a. ⁊ nō volens ꝓ. a. Sensus vero diuisionis ē verus. s. ut significet ꝙ illi volūtati cui inest velle ꝓ. a. possit inesse nō velle ꝓ. a. sed nō sic sil stabit. ita non velle q2 tñ illud velle nō ineēt. Et ad intelligendū istā scdaȝ distinctōeȝ q̄ ē obscurior dico quod ē sensu ꝙ ꝯpōis ē vna cathegorica cuius sbm̄ est istō voluntas non volēs ꝓ. a. ⁊ p̄dicatū volēs ꝓ. a. ⁊ tunc tm̄ attribuit h° p̄dicatū possibilit huic sb̄iecto cui repugnat ⁊ p ꝯñs ipossibiliter sibi cōuenit qō notat possibilit sibi cōuenire. In sensu diuisionis sūt due ꝓpōnes cathegorice enūciātes de volūtate duo p̄dicata in vna ꝓpōne de ineē enūciat de volūtate hoc p̄dicatuȝ non velle. a. q̄ cathegorica intelligitur p ꝯpōeȝ implicitā. in alio autē cathe ͣ de possibili enunciatur possibiliter velle. a. ⁊ iste due ꝓpositiones verificantur ꝓ. a. q2 significant predicata sua attribuere sb̄o ꝓ eodē instanti. ⁊ hoc quidem verum est. nam volun ati isti in eodem instanti conuenit non velle. a. cum possibilitate ad oppositum pro. a. sicut sigāt iª de possibili. Exemplum huius distinctionis est in ista omnis homo qui ē albus currit. q̄ posito isto casu ꝙ omnes homines albi currant ⁊ non nigri nec medū vera est in sensu compositionis ⁊ falsa in sensu diuisionis. in sensu ꝯpositionis est vna ꝓpō hñs vnum subiectum determinatum per hoc qui est albus in sensu diuisionis sunt due ꝓpōes enunciantes duo predicata de codē sb̄iecto. Consimilit in ista ōis hō q̄ ē alb9 necessario ē animal. q̄ in sensu ꝯpōnis est falsa. q2 p̄dicatuȝ nō necessario ꝯuenit toti huic sb̄o. In sensu v̄o diuisiōis vera est quia de eodem subiecto notantur dici duo predicata alterum necessario alterum absolute sine necessitate. ⁊ ambo conueniunt. ⁊ ambe ille cathegorice vere sunt.

Sed contra istam

di. arguit ꝑpliciter ꝙ ipa nō sit logica. nec ꝙ pō aliq̄ sit ꝓ aliq̄ instanti ad oppositum eius qō inest i illo instāti. Prio p istā ꝓpōnē p° pyer. oē qō ē qñ ē necce est eē. 2°p illā reᵃm artl obligatorie posito falso contingenti de pñti in instanti negādum est primum eē. quā regulā ꝓbat ille p hoc ꝙ illud posituȝ sustinendū ē tanꝙ veꝝ. g̊ sustinēdum est ꝓ aliq̄ instāti ꝓ quo ē possibile nō autē ē veruȝ possibile ꝓ illo instanti pro q̊ ē posituȝ q2 si eēt possibile pro illo instanti. ergo possȝ eē veꝝ. ⁊ tunc vel per motum vl mutationem. sed neutro modo quia motus non est in instanti. nec mutatio est in aliquo instanti ad oppositum ei9 quod tunc inest quia simul sunt mutatio ⁊ terminus mutationis. Pretereа tertio si pro aliquo instanti sit potentia ad aliquid cuius oppositum inē aut ista ē potentia cum actu aut ante actum non cum actu patet. nec ante actum. quia tunc esset ad actum pro alio instanti quam pro quo inest illa potentia. Ad primum respondeo ꝙ illa ꝓpō Arl. pōt eē catheᵃ l ypothᵃ. sic ⁊ ista aīal currere si hō currit ē necꝫ. hec quidem secundum quod conditionalis est. est distinguenda secunduȝ quod necessarium potest dicere necessitatem

ꝯñtie vel consequentꝰ.ꝑ° mõ ẽ vã 2° mõ est falsa. secundum autem ꝙ est cathe^a sensus est hoc totum currere si homo currit predicatur de animali cuȝ modo necessitatis. ⁊ cathe^a est vera quia predicatum sic determinatum necessario inẽ subiecto lȝ non predicatũ absolute. ⁊ ĩõ tunc arguere a predicato sic determinato ad predicatum absolute sumptum ẽ falsa secundum quid ⁊ simpliciter. Ita dico hoc ꝙ si ista ꝑpõ Arĩ. accipiatur vt ẽ ypathetica tp̃alis tã necessitas aut notat necessitateȝ cõcomitantie uel cõcomitãtꝭ. ut concomitantie vera est. ut concomitantis falsa. Si autem accipiatur ut est cathegorica tũc hoc quod est. quando est non determinat compositionem implicitam in hoc quod est sed cõpositõeȝ pricipalẽ significatã ꝑ hᵒ qõ est eẽ. ⁊ tũc ꝑdicatũ hoc esse qñ ẽ de notatur dici de subiecto quod est cum mõ nc̃citatis. ⁊ sic ẽ ꝑpõ vera. nec seqꝫ ḡ necesse ẽ eẽ. sed ẽ falsa ₛm q̃d ⁊ simpliciṫ sicut ĩ alio patet. nullus igitur sensꝰ verꝰ huiꝰ ꝑpõnis denotat ꝙ eẽ aliq̃d in instanti in q̃ ẽ sit simpliciter necessariuȝ sed tñ ꝙ sit nc̃cariũ ₛm q̃d.s. qñ ẽ. ⁊ cũ hoc stat ꝙ in illo instanti in q̃ ẽ sit simpliciter ꝯtigẽs. ⁊ ꝑõñs ꝙ in illo instanti possȝ oppositũ illꝰ ĩesse. Ad 2^m illa regula est falsa ⁊ ꝑbatio eius nõ vȝ. qꝛ lȝ positũ debeat sustineri sicut veꝝ. põt sustineri pro illo instãti nõ negãdo illõ instans eẽ ꝑ quo est falsuȝ. qꝛ nõ seq̃tur est falsũ ꝑ illo instãti. ḡ ẽ impossibile. sicut inuit illa ꝑbaᵒ ⁊ cũ dicit si põt eẽ verũ ꝑ instãti ꝑ q̃ ẽ falsũ aut põt v̾ificari ꝑ illo instãti ⁊c̃. dico ꝙ nᶜ sic nec sic qꝛ ista possibilitas ad veritatẽ eius non ẽ possibilitas aliqua cũ successione vt alterũ post alteꝝ insit. sed est põ ad oppositum huius qõ inest alicui inquãtũ est prior naturaliter illo actu. Ad 3^m dico. ꝙ ẽ põ ante actũ non ante duratõeȝ sed añ ordine nature. qꝛ illud qõ ꝓcedit naturaliṫ istũ actum ut ꝓcedit actuȝ naturaliṫ posset eẽ cum opposito illꝰ actus. ⁊ tunc negandum est ꝙ omnis põ est cum actu uel ante actum intelligẽdo añ ꝑ prioritate durationis. vera aũt est intelligendo ante ꝑ prioritate nature.

4° obĳcit contra illud. quia si põt velle a. ꝑ hoc instanti. ⁊ non vult. a. ꝑ hoc instanti. ḡ põt non velle. a. ꝑ hoc iⁿstanti. qꝛ ad illam õ incẽ sequitur illa õ possibili ⁊ tũc videṫ sequi ꝙ possit uelle a. ⁊ non velle. a. simul pro eodeȝ instãti.

Ad istud rñ° ₛm phm. 9°. methaᶜ. ꝙ habens potentiam ad opposita si faciat ut faciendi habet potentiaȝ nõ aũt ut potentiam habet faciendi. ita ꝙ modus refertur ad terminũ potentie nõ ãt ad potentiaȝ ipsam. quia simul habeo potentiam ad opposita sed non ad opposita simul. tunc dico ꝙ non sequitur potest velle hoc in instantia. ⁊ põt nolle hoc in a. ḡ potest velle ⁊ nolle in a. q̃a potest esse põ ad vtrũq; oppositoꝝ disiunctim ꝑ aliq̃ instãti. ⁊ si nõ ad ambo illa siṁ. qꝛ sic ẽ possibilitas ad vnũ illoꝝ ita est ad non esse alteriᵘ. ⁊ eꝯ°. sicut ad reliquum ita ad non eẽ istiue. non igiṫ simul ad esse huius ⁊ istius oppositi. qꝛ possibilitas ad simultatem non esset nisi essȝ ad ambo concurrentia in eodem instanti qõ non habetur per hoc ꝙ ad vtrumq; diuisim est potentia pro isto instanti. Exemplum huius apparet in ꝑmanentibꝰ hoc corpꝰ põt esse in hoc loco in a. instanti. ⁊ aliud corpus potest eẽ in eodem loco in a. instanti. igitur ista duo corpora eẽ pñt siṁ in a. instanti nõ sequitur. Ita. n. hoc corpus potest eẽ ibi ꝙ potest illud corpus non esse ibi. ⁊ eꝯ° Et ideo non sequitur si potentia est ad vtrumq; pro eodeȝ siue in instanti siue in loco ergo ad ambo siml. sed fallit qñ cũq; vtrumlibȝ illorũ duoruȝ excludit alterum ita etiam non sequitur possuȝ tota die portare istum lapidem sic portabile aliq̃d adeq̃te v̾tuti mee. ⁊ possum tota die portar̃ aliũ lapidẽ. ḡ possũ siml

portare ambos.non sequitur qꝛ h vtrꝫ qꝫ ad quod est potentia diuisim exclu dit reliquū.simultas autem nūq̄ possꝫ inferri ex sola idemptitate illius vnius instantis vel loci.sed oꝫ cum hoc habere coniunctionē istorum duorum respectu tertij que dicūtur eē simul.

Juxta predicta de

voluntate nostra videnda sunt quedaꝫ de voluntate diuina.ꝛ p̄mo ad que sit libertas eius.scđo que sit ꝯtingentia respectu volitoꝝ tertiū.s.q̄tū ad distinctionem logicam .ꝓpositō^m ꝓportionabiliter est ibi ꝛ hic. Quātum ad p̄mum dico q̄ volūtas diuina nō est in differens ad diuersos actus nolendi ꝛ volendi.qꝛ hoc in voluntate mea non erat sine imperfectione voluntatis.voluntas.n.nostra erat libera ad oppositos actus ad hoc vt eēt libera ad obā opposita ꝛ hoc ꝓpter limitationē vtriusqꝫ actuꝫ respectu sui obi.ḡ posita illimitatōe eiusdem volitionis ad diuersa obā non oꝫ ꝓpter libertatem ad opposita obiecta ponere libertateꝫ ad oppositos actus.ipsa etiam volūtas diuina libera est ad oppositos effectus.sed h n̄ est prima libertas sicut nec in nobis.remanet ḡ libertas illa que est per se pfectionis ꝛ sine imperfectione.s.ad obiecta opposita ita q̄ sicut voluntas nostra pōt diuers̄ volitōib' tendere in diuersa volibilia ita illa volūtas pōt vnica volitōe simplici illimitata tendere in quecūqꝫ volibilia.ita q̄ si volūtas illa vel illa volitio eēt tm̄ vnius volibil' ꝛ non posset eē oppositi qđ tamen est de se volibile.hoc eēt impfectionis in voluntate sicut deductū est prius de voluntate nrā.Et lꝫ in nobis possꝫ distigui voluntas vt ē receptiua vt ē opatiua ꝛ ut ꝓductiua.ipa.n.ē ꝓductiua actuū.ꝛ ipa ē qua hn̄s opatur formaliter volēdo. ꝛ ipsa est receptiua volitionis sue.tn̄ libertas vꝫ eē ei' inq̄tū ē opatia. inq̄tū s.hn̄s eā formalr̄ pōt ea tendere in obiectū Ita igitur ponit libertas in voluntate dina p se ꝛ p̄° inq̄tū ē pō opatiua. lꝫ ipa non sit receptiua nec ꝓductiua volitionis sue.ꝛ tn̄ pōt saluari in eo aliq̄ libertas inq̄tū ꝓductiua ē.lꝫ.n.ꝓductio in eē existētie nō cōcomitetur necessario opationē eius.qꝛ opatio ē in eternitate ꝛ ꝓductō eē existētie est in tpe.tn̄ opationē eius necio cōcomitat ꝓductō in eē volito.ꝛ tūc non pōt pō illa volūtatis dine p̄mo quidē eē vt ꝓductiua. sꝫ fm quid.s.in eē volito ꝛ ista ꝓductō ꝯcomitatur eā vt operatiua. Quātuꝫ ad 2^m articulum dico q̄ volūtas diuina nihil aliud respicit necessario ab obiecto ab eēntia sua ad quodlibet.igitur aliud contingenter se habet. ita q̄ posset eē oppositi.ꝛ hoc cōsiderādo ipam ut ē prior nāliter tendentia in illud oppoitū.nec solū ipsa in volitione por est nāliter suo actu sed etiā inq̄tū ē volēs qꝛ sicut volūtas nostra vt prior natura lit' suo actu ita elicit actū illum q̄ possit in eodem instāti elicere oppoitū.ita volūtas diuina inq̄tū ipa sola volitione ē prior naturaliter tendētia tali ita tendit in illud obiectū contingent' q̄ in eodem instanti possit tendere in oppositū obiectū ꝛ hoc tam de potentia logica q̄ est nō repugnātia terminoꝝ sic dictū est de voluntate nrā.q̄ de pō reali q̄ prior est naturaliter actu suo.

Uiso de contingē

tia reꝝ q̄tū ad existentiā ꝛ hoc cōsiderādo respectu voluntatis dine restat videre scđm p̄ncipale qualiter cum hoc stat certitudo scientie eius hoc pōt poi duplr̄ vnomodo per hoc q̄ intellectus diuinus videt determinationem volūtatis diuine.vꝫ illud fore pro.a. quia voluntas illa illud determinat fore ꝓ eo.scit enim illam voluntatem esse immutabilem ꝛ non impedibilem. Uel

aliter qȝ ista via videtur ponere quedã discursum in intellectu dĩno quasi ex i tuitõe determinatõis volũtatis ⁊ immu tabilitatis eius ꝯcludat hoc fore. põt po ni aliter ꝙ intellectꝰ dinꝰ aut offert sim plicia quoꝝ vnio est contingens in re aut si offert ꝯplexionem. offert eã sicut neu tram. ⁊ volũtas eligens vnam partem s. coniunctionẽ istorum ꝓ aliquo nũc i re. facit illud determinate esse veꝝ. hoc erit ꝓ. a. hoc aũt exñte detmiate vero eẽntia ẽ rõ intellectui dino intelligẽdi istud verum. ⁊ hoc nãliť q̃tum est ex p te eẽntie. ita ꝙ sicut naturaliter intelli git omnia pricipia necessaria quasi añ actum voluntatis dine. qȝ eoꝝ veritas nõ dependet ab illo actu ⁊ eẽnt ꝯgnita ab intellectu diuino si per impossibile nõ esset volens. ita eẽntia diuina ẽ rõ ꝯgnoscendi ea in illo priori instãti na ture. quia tunc sunt vera. nõ quidẽ ꝙ illa vera moueant intellectum diuinũ nec ẽt termi eoꝝ ad apprehendendũ talem veritatem. qȝ tunc inteꝰ diuinus vilescẽt qȝ pateretur ab alio ab eẽntia sua. sed sicut eẽntia diuina est ratio ꝯg noscendi simplicia ita ⁊ complexa tlia tunc autem non sunt vera ꝯtingentia. qȝ nihil est tunc ꝑ qd hẽant vitatem de terminatam. posita aũt detminatione voluntatis diuine iam sũt vã videlicet pro illo secũdo instanti. ⁊ hoc idẽ erit rõ intellectui diuino qd erat in primo i telligendi ista que sunt iam vera in 2° i stanti. ⁊ fuissent cognita in ꝑmo instã ti. si fuissent in ꝑmo instanti. Exemplũ sicut si oculo meo potentia mea visiua sit rõ videndi obm̃: si ab aliquo pñtan te nunc sit iste color pñs nunc ille oculꝰ meus videbit nũc hoc nũc illd ⁊ tñ per eandem visionem tm̃mõ erit dria in ꝑ oritate ⁊ posterioritate vidẽdi. ꝓpť ob iectum prius ⁊ posterius pñtatum. Et si vnus color fieret naturaliter pñs ⁊ ali us liber e non esset differentia formalit in visione mea quin ex parte sua oculꝰ

videret naturaliter vtrunq;. tamen cõ tingenter posset videre vnuȝ ⁊ necessa rio aliud inq̃tum sibi vnum sit presens ꝯtingenter ⁊ aliud necessario vtroq; is toꝝ modoꝝ ponatur intellectũ dinuȝ ꝯgnoscere existentias reꝝ. pȝ ſm vtrũ q; ꝙ ẽ determinatio intellectus dini ad illud exñs ad qd determinat voluntas dina. ⁊ certitudo infallibilitatis. qa nõ põt volũtas determinare q̃n intellectꝰ detminate apprehẽdat illd qd volũtas detminat ⁊ imutabiliť. qȝ tã volũtas ꝙ intellectꝰ sit imutabiles. ex dis. 8. Et hoc q̃tũ ad tres q̃ones ꝑmas. ⁊ tamen cũ istis stat contingentia obi ꝯgniti. qȝ voluntas volens hoc determinate: cõ tingenť vult hoc ex ꝑmo articulo

Quãtũ ad quartã

q. vr̃ fortasse distinguenduȝ de ista deꝰ nccio scit. a. ſm ꝯpõnem ⁊ diuisionem vt in sensu ꝯpõnis noteť necitas scien tie vt trãsit sup istd obm̃. in sensu diui sionis noteť nccitas scie absolute q̃ tñ trãsit sup hoc obm̃. ꝑmo mõ ẽ falsa. se cundo mõ vera. Tñ talis distictio non vr̃ logica. qȝ qñ actꝰ trãsit sup obm̃ nõ vr̃ distiguẽd ð i° actu absoꝰ l vt trãscũ te ẽ obm̃ puta si dico si dicã video sortẽ ꝙ distiguatur de visiõe ꝓut trãsit i sor tem. vel de visione absoluta q̃ tamẽ est sortis. ⁊ sic nõ est ibi distictio i ꝓpõe de iesse. ita nec i ꝓpoito vr̃ distictio. sȝ tm̃ vr̃ nccia si actus trãsit in obm̃ nccio ⁊ ita videť ista simplr negãda deus nccio scit. a. ꝓ eo ꝙ hoc ꝑdicatũ sit detmiam nõ nccio cõuenit huic subiecto lȝ ꝑdi catũ non detminatũ cõueniat. Contra hoc obiicit qȝ actus rõnalis nõ distrahi tur ꝑ mãȝ sup quã trãsit. ita. n. ẽ simpli citer dicere qd trãsit sup me nihil dicere sicut qd trãsit super me aliqd dicere. ⁊ ideo ita sequitur dico me nihil dicere. g̃ dico. sicut sequitur dico me aliquid dicere. g̃ dico. g̃ in deo scire nõ distrahi tur per materiã sup quã transit q̃n sit

equalis necitas. Ad istud dicendum ꝙ lȝ nõ distrahatur ꝙ stet ſm quid. tamẽ non põt eẽ necitas eius ut significatur trãsire sup mãȝ lȝ sit necitas ei⁹ i se ⁊ hoc maxie si sit actus potẽs respicerẽ diuersa obiecta. sicut si haberẽ actũ loquẽdi eundem virtuti motiue ⁊ ille actus possit trãsire sup diuersa obiecta ꝯtingentẽ. lȝ necio haberẽ actũ sicut potẽtiã nõ tamẽ necio hẽrem actuȝ vt trãseuntẽ sup tale obiectũ. ⁊ iõ sequeretur necio. dico ḡ necio dico istõ imo posset eẽ necitas dcõis in se cũ cõtingentia respcũ h⁹ obi. ⁊ tñ dictio huius obi esset simplr̃ dictio. ita ꝙ nõ dictio ſm q̇d.

Ad argumenta ꝑncipalia p ordinẽ. Ad ꝑmũ ꝓ ꝑͣ. q. dico ꝙ nõ ẽ silis veritas in illis de futuro. sicut in illis de pñti ⁊ de ꝑterito. In pñtibus quidẽ ⁊ ꝑteritis ẽ veritas dẽminata ita ꝙ alteꝝ extremũ ẽ positũ. ⁊ vt intelligit positũ nõ ẽ in potestate cause vt ponatur vel non ponatur. quia licet in potestate cãe vt ꝑoꝛ nãliter i effectu sit ponẽ effectũ vl̃ nõ ponẽ: ñ tñ vt effect⁹ intelligitur iã positus ineẽ. talis ãt nõ ẽ dẽiatõ ex pte futuri. qꝛ lȝ alicui itellectui sit vna ps vã dẽiata ⁊ etiã vna ps sit vã i se dẽminate. lȝ eã null⁹ inte⁹ appꝛehenderet. nõ tñ ita q̇n in ptãte cãe ẽ ꝓ i°istãti ponẽ oppoitũ. ⁊ ista indẽmiatõ sufficit ad cõsiliãdũ ⁊ negociãdũ. si ãt neutra ps eẽt futura nõ opoꝛteret negotiari vel consiliari. ḡ ꝙ altera ps sit futura dũ tñ reliqua possit euenire. nõ ꝓhibet cõsiliatõneȝ ⁊ negotiatõneȝ. Ad 2ᵐ dico ꝙ sciaȝ eẽ vni⁹ ptis ita ꝙ nõ possit eẽ alteri⁹ poit ipfcõeȝ in ea. Silr̃ ⁊ i volũtate ponẽ eã eẽ vnius ita ꝙ nõ possit eẽ alterius obi volibil̃ poit i ea ipfectõnẽ. tñ scientiã eẽ vnius ita ꝙ nõ sit alterius ⁊ volũtati silr̃ nullã ipfectõeȝ poit sicut ⁊ põ ẽ vni⁹ oppoiti in actu dẽminate qõ ꝓducit ⁊ nõ alterius. Dissilẽ tñ ẽ õ poᵃ ⁊ scia ⁊ volũtate ꝑ h° ꝙ poᵃ vr̃ dici eẽ vnius obiecti tm̃. qꝛ tm̃ possit i illõ. ⁊ scia ⁊ volũtas ita ꝙ tm̃ sciat l̃ velit illõ. Sȝ si accipiat silimõ ex vtraqȝ pte equal̃ ẽ dẽminatõ ex vtraqȝ pte. qꝛ qõlibȝ istoꝝ ẽ actu vni⁹ oppõiti ñ ãborũ. qõlibet ẽt istoꝝ põt eẽ vtriusqȝ. sed põm eẽ alic⁹ hoc vr̃ significare põlẽ hitudinẽ ei⁹ ad illõ. Sciaȝ vl̃ volũtatẽ eẽ ei⁹ vr̃ significare actualẽ hitudinẽ ad iõ nihil tñ mali seq̃t si silimõ accipiat hic ⁊ ide. qꝛ tũc sicut ad sciaȝ scire. ⁊ ad volũtatẽ velle: ita ad potẽtiã ꝓducere. nõ aũt posse ꝓducere. ⁊ sicut ad potentiã posse pꝛoducere. ita ad scientiam posse scire ⁊ ad voluntatẽ posse velle.

